ANTONIO BERLESE
VIA ROMANA, 19 — Firenze

Centuria prima di Acari nuovi

Fra gli Acari che ho ricevuto, per istudio, da varie parti del mondo e cioè dall'Africa orientale (Alland ed Jeannel); dalla Etiopia, (Rothschild); dalla Somalia italiana (Paoli); dalla N. Caledonia (Sarrasin e Roux); dalla Repubblica Argentina (Bruck, Spegazzini) e da altre parti, nonchè fra gli italiani, che vado sempre raccogliendo e determinando, ho trovato un grandissimo numero di specie nuove, che mi accingo a descrivere con una breve diagnosi, mentre mi riserbo di illustrarle più tardi, anche colle opportune figure.

Per ora pubblico la prima centuria di specie nuove e non pochi generi e sottogeneri, non per anco stabiliti da altri.

PROSTIGMATA.

1. **Microtrombidium (Enemothrombium) bipapillatum** Berl. n. sp. — Cinnabarinum (?), elongatum, sive duplo longius quam latum, totum densissime papillis indutum. Papillae incolores, duplici fabrica distinctae, sive nonnullae, rariores (tamen in extremo corpore frequentiores), lanceolatae, longitudinaliter striatae, seriebus longitudinalibus villorum ornatae, ad 40–50 μ. long. Inter has plurimae sunt multo humiliores, sed inconsuetae fabricae, quod

subglobosae sint et secundum lineam aequatorialem mucronibus sex, apice plumigeris sint ornatae et in summa parte duobus conformibus mucronibus sint auctae; hac re, in prospectu, sive superne visae, figuram sexlobatam praebent. Oculi omnino sexiles et difficilius conspicui. Tarsus primi paris percrassus, amigdaliformis, e latere visus 220 μ. long.; 120 μ. lat. Ad 1200 μ. long.; 600 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta in Africa orientale a Cll. Allaud et Jeannel.

2. **Microtrombidium (Enemothrombium) clavodigitatum** Berl. n. sp. — Rubrum, sat corpulentum. Truncus totus papillis leniter clavatis, subvillosis, apice dilatato-digitatis (digitis conicis, acutis) nec diaphragmate interruptis, totus dense indutus.

Papillae istae non vacuae videntur; sunt retrorsus leniter incurvae, omnes intersese statura et fabrica pares, ad 40 μ. long. Pedes pilis conicis, robustis, barbatulis induti. Tarsi antici elongate ovales, tibia multo crassiores, ad 230 μ. long.; 90 μ. lat. Ad 1400 μ. long.; 700 μ. lat.

Habitat raro in muscis agri Tridentini (« Tiarno »).

Osservazioni. La specie è affine al *M. E. densipapillum* Berl., ma ha le papille molto meno fitte e diversamente conformate (senza il diaframma: all'apice terminate da molti prolungamenti conico-digitiformi, robusti ecc.).

3. **Microtrombidium (Enemothrombium) carduigerum** Berl. n. sp. — Cinnabarinum. Papillae trunci (ad dorsum) densiores, duplici fabrica intersese diversae, sive maiores curte clavatae, in medio diaphragmate divisae, villosulae, parte basali cinnabarina, dimidia apicali incolore, ad 40 μ. long.: coeterae, inter praedictas dissitae, subdiscoidales, dermati corporis appressae, basi rubricantes (vel non), superne albido-hyalinae, totae barbulatae. Pedes pilis conicis, barbulatis dense induti. Venter papillis maioribus superdictis destitutus usque ad anum; post foramen anale sicut in dorso vestitus. Ad 2200 μ. long.; 1450 μ. lat.

Habitat. Unum vidi exemplum collectum a Cll. Allaud et Jeannel in Africa orientali.

4. **Microtrombidium (Enemothrombium) strobiligerum** Berl. n. sp. — Abdomine saturatius atro-sanguineo, tamen inter humeros macula late rectangula rubra; cephalothorace vix pallidiori; pedibus cinnabarinis, segmentis mediis sanguineis. Palpi externe articulo quarto spinis tribus armato, perrobustis, ex quibus distalis validior, caeterae statura decrescentes; tentaculo elongate cylindrico. Pectina duplicia. Tarsus primi paris plus duplo longius quam latus (long. 360; lat. 160), subcylindricus. Papillae corporis duplici fabrica et colore; omnes alto tuberculo trunco-conico, basi circine chitineo circumdato sustentae. Papillae maiores colore atro-purpureo, praecipue secundum lineam aequatorialem sunt insignitae, curtae, subglobosae, breviori pedunculo sustentae, in parte infera longitudinaliter striatae et villosae, in parte superna reticulatae et curtissime (vix conspicue) barbatulae; haec papillae sunt longae circiter 40 μ. et diam. 30 μ. gaudent. Papillae minores incolores, breviter foliiformes, villosulae. Pedes et palpi dense papillis foliiformibus, villosis indutae. Ad 1650 μ. long.; 1200 μ. lat.

Habitat. Plura collegerunt exempla Cll. Allaud et Jeannel in Africa orientali.

Osservazioni. La specie è affine al *M. E. cruentatum* Berl. (tipico) di Giava, ma le papille maggiori sono certamente molto diverse. Anche il colore è differente.

5. **Microtrombidium plicifrons** Berl. n. sp. — Cinnabarinum, pedibus rostroque miniaceis. Corpus peculiaris fabricae, quod non sulco nec linea cephalothorax ab abdomine sit distinctus, sed inter humeros plica transversa recta stat, quae, tamen in exemplis valde repletis evanescit. Truncus subcylindricus, humeris parum prominulis, totus papillis densis, perfecte aequedissitis et retrorsus omnibus pariter directis elegantissime ornatus. Papillae omnes intersese conformes et statura pares sunt, lanceolatae, crassiusculae, leniter incurvae, latere dorsuali duplici linea villorum cinnabarinorum signatae, villisque conformibus marginatae; subtus nudae: hac re rubro tristriatae adparent. Tarsi antici cordati, basi lati, sive ad 150 μ. long.; 95 μ. lat. Ad 1100 μ. long.; 660 μ. lat.

Habitat. Austro-America. Nonnulla exempla huius pulcherrimae speciei collegit Cl. Bruck ad « La Plata ».

6. **Microtrombidium 13-maculatum** Berl. n. sp. — Cinnabarinum, capitethorace, rostro pedibusque roseo-miniaceis. Dorsum abdominis maculis rotundis usque ad 13 numero, albicantibus ornatus, quibus una in medio antico abdomine; altera in medio dorso, minor, alia postica sat magna; adsunt etiam utrinque maculae eiusdem coloris, variae magnitudinis quinque, seriem margini laterali parallelam efficientes. Corpus sat elongatum; pedes longi et exiles. Papillae omnes conformes, sive elongate conicae, barbulis longis ornatae, sat crassae, statura pares, sed nonnullae incolores (in maculis), caeterae laete cinnabarinae, ad 40 μ. long. Tarsus primi paris elongate ovalis, fere triplo longior quam latus (340 μ. long.; 140 μ. lat.). Palpus articulo quarto externe spina sat valida ad unguem aucto; interne pectine 8-9 spinigero; tentaculo sat brevi, cylindro-conico. Exempla juniora maculis numero paucioribus gaudent. Ad 1800 μ. long.; 950 μ. lat.

Habitat. Nonnulla exempla collegit Cl. Bruck ad « La Plata ». (Am. Austr.).

7. **Diplothrombium eximium** Berl. var. **insignius** n. var. — Rubrum, pedibus vix pallidioribus. Differt a typico praecipue (statura ?) pilis trunci basi alto tuberculo sustentis; tarsis anticis multo elongatioribus (700 μ. long.; 210 μ. lat. in exemplo magno), sive amplius triplo longioribus quam latis (in typico minus triplo sunt longi) et claviformibus. In exemplis junioribus, sive statura *D. eximii* typici, tarsi antici elongatiores sunt, subcylindrici. Ad 2650 μ. long.; 1850 μ. lat. (Exempla maiora ad 3 mill. long.).

Habitat. Plura exempla collegi in mense septemb. inter folia emortua et in muscis ad Vallombrosa.

Osservazioni. Può essere che l'esemplare tipico del *D. eximium* (Germania) non sia adulto e perciò non insisto sulla differenza di statura tra la specie tipica e la presente varietà. Però ho confrontato la specie tipica con individui della varietà di eguale statura e veggo che gli altri caratteri differenziali, sopra indicati, rimangono invariati in tutti gli individui italiani, in confronto di quello germanico. Può essere si tratti veramente di una specie diversa anzichè di semplice varietà, ma i caratteri della cresta metopica e dei palpi sono conformi.

8. **Smaridia pulcherrima** Berl. n. sp. — S. rubro quadrimaculata, quod dorsum (et pedes) squamis latis nigris sint obtecta, exceptis maculis dorsualibus quatuor, sive una antica verticem late occupanti: duabus lateralibus, sublumeralibus, denique una postica in medio extremo dorso, quae maculae squamis structura conformibus, sed hyalinis sunt obtectae. Sunt etiam duae maculae (utrinque una) ad oculos, minores, elongate ovales. Squamae sunt trunci magnae, subovales, tamen apice subacutae, inferne concavae, superne convexae, costula media robustiori carinatae, totae dense aciculis scabratae. In squamis nigricantibus, costula et aciculae nigerrimae sunt: in hyalinis hyalinae. Squamae omnes circiter 30 μ. sunt longae. In pedibus et palpis squamae omnes nigrae sunt, elongatiores, sive lanceolatae, caeterum trunci conformes. Pedes perlongi. Ad 950 μ. long.: 600 μ. lat. Pedes antici ad 1500 μ. long.

Habitat in Africa orientale. Collegerunt Cll. Alland et Jeannel.

9. **Smaris exculpta** Berl. n. sp. — S. rubra, sculptura dermatis totius ut in *S. caelata* Jabae, sed papillis omnibus conformibus, sive clavato-lanceolatis, retrorsus recurvis, nullo pilo simplici interposito. In dorso utrinque foveae tredecim numero sunt ubi dermatis plicae radiatim concurrunt ad glandulare foramen, nullo pilo ornatae.

Alia conformis fovea impar est inter oculos. Tarsi antici ellipsoidei fere duplo et dimidio longiores quam lati. Ad 2500 μ. long.: 1550 μ. lat.

Habitat in Africa orientali. Coll. Cll. Alland et Jeannel.

MESOSTIGMATA.

SUBGEN. CYLLIBULA BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Cyllibano* (Uropodidae). Typus: *C. C. infumata* Berl.

10. **Cyllibano (Cyllubula) infumata** Berl. n. sp. — Saturate badio-fusca, lateribus etiam infumate fuscioribus, perfecte ovata, antice angulata, perconvexa, nitidissima, pilis simplicibus,

percurtis in dorso (non tamen ad margines) rectis, ornata. Epistoma rotundato-trimucronatum, saturate badio-piceum. Margo posticus prope lineam mediam utrinque tuberculis minimis, quatuor numero, non piligeris ornatus. Stigma inter tertias et quartas coxas apertum, peritrematis ramulo descendenti ad tertias coxas oblique decurrenti; ramo ascendenti arcuatim extrorsus plicato. Foem. epyginio lanceolato, magno, usque post quartas coxas producto. Ad 560 μ. long.; 440 μ. lat. Mas foramine genitali rotundo, inter quartas coxas aperto. Ad 520 μ. long.; 410 μ. lat.

Habitat in nidis formicae: *Acromyrmex lundi.* Quamplurima exempla collegit Cl. Bruck ad « La Plata » et mecum benignissime communicavit.

11. **Discopoma coronata** Berl. n. sp. — Testaceo-fuliginea, pyriformis (quod ovata sit, sed antice valde attenuato-producta), summo vertice rotundato. Dorsum in medio carina alta et lata elevatum. Margo totus papillis curtiusculis, crassis, acutulis et incurvis ornatus. Scutum medium sat magnam dorsi partem nudam ad lateres et postice relinquens, in quo dermate molli scutula 22 sunt, aeque distributa, quasi scutulo medio coronam sistentia et quodque scutulum spinulam brevem gerit. Spinulae conformes sunt etiam in scuto medio, quod areolato-scabratum est, postice mucrone insignitum. Epigynium ferri equini instar, elongati, fabricatum. Foem. ad 460 μ. long.; 330 μ. lat. Mas scutulis marginalibus obsoletioribus. Ad 440 μ. long.; 290 μ. lat.

Habitat. Plura collegit exempla Cl. Bruck ad « La Plata », in nidis formicae: *Acromyrmex lundi.*

SUBGEN. **OLOUROPODA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Uropoda* Latr. Characteres generis (sensu stricto), sed linea metapodica nulla, sive scutum ventrale totum integrum. Species typica *U. O. nitidissima* Berl.

12. **Uropoda (Olouropoda) nitidissima** Berl. n. sp. — Mas testaceo-badius, perfecte obovalis, postice acutus, nitidissimus; pilis ad marginem rarioribus, exilioribus, curtis. Peritrema stricte

uniplicatum, ramulo inferno vix arcuato. Scutum dorsuale integrum. Maris foramen genitale (ovale) inter tertias coxas insitum. Dorsum et venter subglabra. Ad 660 μ. long.; 430 μ. lat.

Habitat. Mares duos (duasque nymphas omeom.) vidi collectos a Cll. Alland et Jeannel in Africa orientali.

13. **Uropoda coronata** Berl. n. sp. — Badia. Facies nostratis *U. obscurae*, sed vix posterius minus acuta. Vertex in laminam valde productus, cuius margo apicalis anticus subrotundato-truncatus, in dentes tres, incisura duplici, in qua pilus sat longus apicalis est insitus, sculptus est. Metapodium angulatim attenuatum. Peritrema ramulo ascendenti toto oblique ad marginem (corporis) decurrenti et undulato. Epigynium amigdaliforme, anterius angulatim rotundatum. Margines corporis et dorsum pilis aequedissitis, simplicibus, sat longis, fere ut in *U. obscura*, ornati. Scutum dorsuale integrum. Ad 1000 μ. long.; 680 μ. lat.

Habitat. Mares foeminasque plures nec non nymphas omeomorphas (et larvam hexapodam) vidi collectos in Somalia a Cl. Prof. G. Paoli, in lignis putrescentibus, ad foces Jubae.

GEN. *URODIASPIS* BERL. N. GEN.

Ex Fam. Uropodidae. Typus: *U. tecta* Berlese ex Kram: Adde: *Uropoda foraminifera* Träg. (quae minor est. An satis diversa ?).

Urodiaspis tecta Berl. n. sp. (= *Uropoda tecta* Berl. ex Kramer, A. M. Sc. it. XLI-10).

Videas fig. et descript. in A. M. Sc. it., sed (quod ibi non dixi) dorsum in medio alte et subito quasi in carinam longitudinalem elevatum est. Ad 750-770 μ. long.; 600 μ. lat. (melius mensa).

Habitat haud rara in muscis, praecipue altiorum montium Italiae centralis et septentrion.

14. **Urodinychus retrobarbatulus** Berl. n. sp. — Mas badio-castaneus, ellipticus, postice rotundatus. Scutum dorsuale medium convexum, nulla impressione signatum, dermate scabro, pilis sat densis, mediocribus totum indutum. Scutum marginale non bene, in

margine interno, denticulato-incisum. Pili in margine corporis minimi, sat rari, tamen in margine extremo, aliquanto densiores, quamvis curtuli. Linea metapodica obliqua ad margines decurrens. Foramen genitale rotundum, inter tertias et quartas coxas insitum, easque fere attingens. Peritrema unci stricti more plicatum, non margines corporis attingens, sed a marginibus iisdem sat remotum. Ad 530 μ. long.; 480 μ. lat.

Habitat. Collegerunt exemplum unum Cll. Allaud et Jeannel in Africa orientali.

15. **Urodinychus hieroglyphicus** Berl. n. sp. — Mas testaceo-fuligineus, sat elongate ellipticus, lateribus subparallelis, postice subacutus, subimpilus, tamen in margine pilis aliquot percurtis, simplicibus, aequedissitis vix ornatus. Derma totum sat crasse areolatum. Scutum dorsuale medium non impressum. Linea metapodica oblique ad margines decurrens. Foramen genitale magnum, subcirculare, inter tertias coxas apertum. Peritrema insolite complicatum, quod primitus figuram late S-formem constituat, denique, ramo superno supradictae litterae, marginem fere attingat eique paralleliter decurrat, sed, denique interius plicetur et supra secundas coxas procedat. Ad 700 μ. long.; 420 μ. lat.

Habitat in Africa orientali; collectus est a Cll. Allaud et Jeannel.

16. **Urodinychus terrosus** Berl. n. sp. — U. testaceo-fuligineus, totus terra et quisquiliis sordidus, ovalis, marginibus pilis crassis apice late-spatulatis, subbarbatulis, deorsus et retrorsus inflexis, magnis ornatus. Dorsum convexum, tamen impressionibus linearibus, longitudinalibus duabus in dimidio postico scuto signatum, coronam strictam intersese occludentibus pilis cylindricis et appendicibus remiformibus supradictae fabricae indutum. Derma totum (exceptis lineis profundis supradictis, ubi derma laeve est) reticulatum. Linea metapodica subrecte ad margines excurrens, sat a postico pede remota. Epigynium stricte amigdaliforme, usque ad summas quartas coxas productum, anterius acute rotundatum. Peritremata primitus ad marginem arcuatim decurrentia, denique ad coxas secundas recurrentia. Ad 600 μ. long.; 470 μ. lat.

Habitat. Exempla nonnulla utriusque sexus et pullos vidi collecta ad « La Plata » a Cl. Bruck, in nidis formicae: *Acromyrmex lundi.*

SUBGEN. **DIURODINYCHUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Urodinychus*. Typus: *U. D. rectangulovatus* n. sp.

17. **Urodinychus (Diurodinychus) rectangulovatus** Berl. n. sp. — Foem. testacea, marginibus subparallelis, postice rotundata. Scutum dorsuale scabratum, sive punctis pellucidulis sat crebre signatum, pilis sat raris, curtis simplicibus auctum. Margines corporis ad humeros tenui squama aucti et pilis curtis, simplicibus, aequedissitis, parvo tuberculo sustentis praediti. Linea metapodica valde oblique ad margines laterales excurrens. Fovea postpedalis nulla. Epigynium amygdaliforme, magnum, postice truncatum et usque ad extremas coxas quartas productum, anterius rotundato-acutum. Scuti dorsualis marginalis margo interior ad humeros sensim ut in *Urodinychis* crenulato-incisus. Dorsum postice valde depressum, ita ut linea inter scutum dorsuale medium et posticum profundior in dorso sit et lateri ventrali fere contigua adpareat. Peritrema unci lati et rotundati more inflexum. Ad 530 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat raro in muscis, ad « Vallombrosa ». Mas ignotus.

18. **Uroobovella interrupta** Berl. n. sp. — Saturate badia, ovata, antice et postice aeque rotundata, convexa, nitidissima. Pili sunt minimi submarginales, aequedissiti, non ultra corporis marginem producti. Dorsum pilis minutis, aequedissitis vestitum. Epistoma fuscobadium, obtuso-mucronatum, utrinque linea longitudinali divergenti quasi in areas tres divisum. Scutum ventrale fissura arcuata, perconspicua, minime interrupta ab anale seiunctum. Foveolae pedales posticae in angulum acutum, lineae corporis longitudinali mediae subparallelum desinent. Peritremata curvam perstricte rotundatam extrorsus conficiunt, valde a margine corporis remotam. Foem.; scuto genitali ovato, amygdaliformi, inter quartas coxas subito aliquanto constricto et subimpresso, postice subrotundato, a summa coxa secunda, ad extremam quartam extenso. Ad 480 μ. long.; 380 μ. lat.

Habitat in nidis formicae: *Acromyrmex lundi*, ad « La Plata ». Plurima utriusque sexus et pullorum exempla collegit et mihi misit Cl. Bruck.

SUBGEN. **CALOTRACHYTES** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Polyaspis* Berl. — Typus: *Trachynotus sclerophyllus* Mich. (« N. Zelanda »). Adde: *Trachynotus fimbriatipes* Mich. (« N. Zelanda »).

GEN. *DISCOTRACHYTES* BERL. N. GEN.

(Ex Fam. *Uropodidae*; trib.: *Polyaspidini*). Characteres gen. *Eutrachytes*, sed pedes antici ambulacro destituti. Species typica: *D. splendidiformis* Berl.

19. **Discotrachytes splendidiformis** Berl. n. sp. — Mas testaceo-fuligineus. Facies Discopomae splendidae. Scuta omnia crasse reticulato-foveolata. Corpus pyriforme, ad margines pilis raris, aequedissitis, minutis, deorsum inflexis vix auctum. Ad 900 μ. long.; 650 μ. lat.

Habitat in Africa orientali. Colleg. Cll. Allaud et Jeannel.

20. **Discotrachytes spinosissimus** Berl. n. sp. — Mas testaceo-fuligineus, trigono-pyriformis, depressus. Scuta dorsualia sublaevia. Margo corporis pilis perlongis et densis ornatus, ex quibus antici, molles, retrorsus incurvi sunt, denique, ad quartos pedes recti, primitus debiliores, gradatim, marginem posticum versus robustiores et longiores; postremi maximi et crassiores, tertiam circiter partem totius corporis longitudines aequantes, omnes autem alto et robustiori tuberculo sustenti. In margine postico, ad ventrem, sunt etiam pili longiores, sed minus crassi, introrsus recurvi, utrinque numero quatuor, basi latissimi, subito autem attenuati. Pili recti, dorsuales marginis posterioris sunt utrinque numero 9. Ad 570 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat. Unum marem collegerunt in Africa orientali Cll. Allaud et Jeannel.

21. **Euzercon jeanneli** Berl. n. sp. — Badius, ellipticus, sat latus, pilis curtis in marginibus corporis auctus, nullo postico caeteris longioribus. Mas sterni margine anteriore processubus tuberculiformibus duobus, apice rotundatis, incisura angulata basi seiunctis, magnis ornato. Foemina sterni margine anteriori vix antrorsus arcuato; margine anteriori foraminis genitalis (quare etiam postico sterni) non nimis antrorsus arcuato. Mas ad 850 μ. long.; 600 μ. lat.; Foem. 920 μ. long.; 690 μ. lat.

Habitat. Plura utriusque sexus collegerunt exempla Cll. Alland et Jeannel, cui speciem reverentissime dicatam volui, in Africa orientali.

SUBGEN. **LEPTANTENNUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Messoracarus* Silv., cuius valde affine, tamen sterni et scuti postanalis fabrica, aliisque characteribus (foemineis) diversum.

Corpus transverse ovale, pilis conicis aequedissitis, radiantibus ad margines ornatum, supra convexum, nitidum. Sternum frustulis tribus (praeter jugularia) compositum, sive primum transverse rectangulo-ovale; secundum transverse vittiforme, tertium obtrigonum, anterius rectum, postice angulo profunde inter valvas genitales (magnas, subtrigonas, longiores quam latiores, intersese angulo interne subcontiguas) penetrans. Scutum epigastrico-anale late ampulliforme: scutum postanale transverse vittiforme, plus minusve cum marginale concretum. Pedes antici femure basi strictiori pedunculo cum trochantere articulato. Coetera sat sicut in gen. *Messoracarus* Silv. Species typica: *M. (L.) pendulipes* Berl.

22. **Messoracarus (Leptantennus) pendulipes** Berl. n. sp. — Foem. testacea, transverse elliptica, ad dorsum sat convexa, pilis dorsualibus mediocribus, exilibus, aequedissitis ornata; pilis marginalibus (cuius series ad humeros exoritur) utrinque 29–30 elongate lanceolatis, aequidissitis (post tertios pedes tamen vix densioribus), ad 50 μ. long. praedita. Pedes antici femure basi exillimo ita ut caeter terminalis pes fere pendulus e trochantere adpareat. Ad 450 μ. long.; 510 μ. lat.

Habitat. Collegerunt unam foeminam Cll. Alland et Jeannel in Africa orientali. Species myrmecophila mihi videtur.

GEN. *PSEUDOLÆLAPS* BERL. nom. nov.

Badii. Maris pedes omnes inermes. Epistoma duriusculum, anterius spinosum ut in Pergamasis. Foem. scutum hypogastricum maius, usque ad scutum anale trigonum productum. Scuta peritrematica cum parapodicis confusa, valde post quartas coxas producta, ut in Pachylaelaptinis. Scutum dorsuale totum dorsum occupans, integrum, aliquando sat in ventre inflexum. Species typica: *Laelaps (Hoplolaelaps) doderoi* Berl.

Nota. Per questa specie e per l'affinissima *L. H. paulseni* Berl., ho istituito altra volta (« Redia », vol. VI, 1910, p. 259) il sottogenere *Hoplolaelaps*, fra i *Laelaps*. Ma io avevo già usato tale nome (« Zool. Anzeig. » 1903, Bd. XXVII, n. 1) per quei Lelaptidi pei quali l'Oudemans aveva già fatto il genere *Pseudoparasitus* per cui il nome *Hoplolaelaps* è da abbandonarsi per questi e per quelli, ed ora lo muto in *Pseudolaelaps* ed ho anche trovato il maschio. La sinonimia, adunque, è la seguente: *Pseudoparasitus* Oud. = *Hoplolaelaps* Berl. 1903; *Hoplolaelaps* Berl. 1910 = *Pseudolaelaps* Berl. 1916.

GEN. *LAELANTENNUS* BERL. N. GEN.

(Ex fam. *Laelaptidae*, trib. *Laelaptini*). Facies Myrmonyssi antennophoroidis, sed pedes antici ambulacro destituti. Mandibulae fixae, curtulae, apice papilla molli, subconico-rotundata terminatae (Foem.). Scuta ventralia ut in Myrmonyssis supradictis. Mas ignotus. Certe insecticoli; an myrmecophili? Species typica *L. lagena* Berl.

23. **Laelantennus lagena** Berl. n. sp. — Foem. testacea, bursiformis, valde corpulenta, scuto dorsuali totum dorsum occupante. Epigastrium (cum epigynio confusum) latum, marginibus erosis. Pili corporis breves, rari, simplices. Ad 530 μ. long.; 540 μ. lat.
Habitat in Africa orientali. Colleg. Ill. Allaud et Jeannel.

24. **Eviphis magnificus** Berl. — Foem. saturate rubro-testaceus, rotundus, pilis robustis et sat longis, aequedissitis ad margines auctus. Scuta ectopodica cum scuto peritrematico confusa.

Scutum peritrematicum (cum metapodico concretum) usque ad scutum anale, latius, trigonum, productum idque attingens. Scutum epigastricum angulato-lagenaeforme, totum spatium inter metapodia et scutum anale occupans. Ad 460 μ. long.; 390 μ. lat.

Habitat in Africa orientali, collegerunt Cll. Allaud et Jeannel.

Osservazione. Il carattere degli scudetti ectopodici (del 3.° e 4.° paio) saldati collo scudo peritrematico-metapodico avrebbe valore, a mio credere, di sostenere un sottogenere, che potrebbe chiamarsi *Oloiphis*.

GEN. *JULOLAELAPS* BERL. N. GEN.

Characteres gen. *Hypoaspis*, sed corpus robustius et melius chitineum. Ambulacra omnia ungue omnino destituta, ad cursum super laeves et nitidas superficies tantum apta. Species typica: *Julolaelaps dispar* Berl.

(Animalcula haec super Julidas agilissime currunt nec non super laeviores superficies, sed super asperas nulla ope incedere possunt. Species tres infradescriptae in « Somalia italiana » super Julidas maiores sunt inventae a Cl. Paoli).

25. **Julolaelaps dispar** Berl. n. sp. — Badius, ovatus, mas a foemina sua statura minore, corpore elongatiori valde diversus. Foem. ovalis, posterius rotundata, pilis sat densis et sat validis tota ad dorsum et ad margines induta. Pedes secundi paris caeteris vix crassiores, nulla spina robusta armati. Metapodia minima, rotunda. Epigynium cum scuto ventrali confusum, lagenaeforme. Scutum anale elongatius trigonum. Ad 1500 μ. long.; 1000 μ. lat.

Mas testaceo-badius, elongate ellipticus, totus pilis densis, robustis et, praecipue in corpore postico, longioribus indutus. Coxae quarti paris intersese valde appressae. Pedes secundi paris caeteris vix crassiores, inermes. Mandibulae chela digitis ambobus cultriformibus, edentatis, subrectis, subhyalinis, calcari cultriformi, digitis iisdem duplo longiori et lato, vix ad S incurvo, multo ultra digitos antrorsus porrecto. Ad 1120 μ. long.; 650 μ. lat.

Habitat super Julidem quemdam, statura maiore, in « Somalia italiana (Goriei) ». Coll. plura exempla Cl. Paoli.

26. **Julolaelaps rotundatus** Berl. n. sp. — Mas ignotus. Foem. badia, sat late ovato-rotundata, valde convexa, pilis curtioribus induta. Pedes secundi paris caeteris crassitie subpares, nulla validiori spina vestiti. Epigynium (cum scuto ventrali confusum) valde ultra quartas coxas (intersese valde remotas) productum. Scutum anale subtrigonum, postice attenuatum, non vel vix longius quam latum. Metapodia perparvula, ovalia. Ad 1150 μ. long.; 850 μ. lat.

Habitat. Plura exempla (foeminea) coll. Cl. Paoli in « Somalia italiana (El Ualac)», super maiorem Julidem quendam agillime currentia.

27. **Julolaelaps luctator** Berl. n. sp. — Mas ignotus. Foem. saturate badia; rectangulo-ovalis, lateribus parallelis, postice rotundata, pilis minutissimis parce induta. Pedes secundi paris caeteris crassiores et spinis curtis, validioribus inferne et ad apicem ornati (in femure spinae sunt tres; in genu et tibia duae; in tarso duae, aliaeque duae apicales). Etiam caeteri pedes inferne et ad apicem spinosi. Epigastrium strictum, parum post quartas coxas productum. Scutum anale regulariter trigonum. Metapodia magna, transverse late semilunaria. Ad 1500 μ. long.; 950 μ. lat.

Habitat in « Somalia italiana », super Julides maiores velocissime currens. Cl. Paoli unum exemplum collegit ad « El Ualac », cum *J. dispari*: aliud ad « Goriei ».

GEN. *AMEROSEIUS* BERL. 1904.

Ho fondato il genere pel *Seius echinatus* del Koch, che si deve considerare sinonimo del *S. hirsutus* dello stesso Autore. Al gruppo ho ritenuto altra volta che si dovesse aggiungere il *Seius muricatus* K.; il mio *S. unguiculatus* ed altri. Inoltre (*Acarotheca italica*, p. 12) ho ritenuto che il genere *Ameroseius* dovesse rientrare, col gen. *Seius* Koch (tipo: *S. togatus*), in una stessa tribù (*Seiini*) della famiglia *Seiidae*, la quale sarebbe stata distinta dalla fam. *Zerconidae*.

Oggi, dopo aver ristudiato tutti questi generi e le loro specie mi sono convinto di quanto segue:

Il gen. *Seius* K. (tipo: *S. togatus*) abbraccia poche specie e, per la posizione dell' apertura genitale del maschio, come per lo scudo dorsale diviso, può rientrare nella stessa famiglia coi *Zercon* ed altri generi da me già iscritti nella famiglia *Zerconidae* e bisognerà, vedere se vi potranno aver luogo anche i generi *Atacoseius* Berl. (di cui non si conoscono gli adulti) ed *Epieroseius* Berl. (di cui non sono noti i maschi); certo vi deve entrare il gen. *Deraiophorus* Can. sebbene forse in una tribù distinta.

Invece, la tribù dei *Podocinini* si deve ascrivere alla famiglia *Laelaptidae* e comprenderà i generi: *Podocinum* Berl.; *Ameroscius* Berl.; *Asternoscius* Berl.; *Epicriopsis* n. gen.; *Iphidozercon* Berl.; *Amblyscius* Berl.; *Iphiscius* Berl. e converrà discutere come e quanto si può differenziare dalla tribù dei *Phytosciini*.

Quanto poi al gen. *Ameroscius* ho trovato alcune nuove specie congeneri dell'*A. echinatus* K. e con caratteri comuni tali da permettere che questo genere venga distinto da quello di cui è tipo il *Scius muricatus* (A. M. Sc. italiani. XLI, 6), da me illustrato, richiamandomi alla specie del Koch. Questo ultimo genere io chiamo ora *Lasioscius* e suddivido in parecchi sottogeneri e vi comprendo anche i miei *Epicrius corniger*; *E. laelaptoides*; *E. glaber* di altri tempi.

Riguardo al gen. *Parascius* Träg. fondato pel *Gamasus mollis* Kram. esso, come dirò innanzi, è da discutersi. Io stabilisco qui un nuovo genere *Epicriopsis* (pel *Gamasus horridus* del Kramer), con un sottogenere (*Actinoscius*), di cui è tipo una bellissima nuova specie sudamericana (*E. A. terrificans*).

A questi generi e sottogeneri va probabilmente aggiunto il gen. *Hoploscius* Berl., della cui posizione però saremo certi dopo il rinvenimento del maschio (Vedi « Redia », vol. X, fasc. I. p. 136).

Ecco come possono essere distribuite, nei vari generi e sottogeneri, le specie di Podocinini, dei generi *Ameroscius*. *Lasioscius*, *Epicriopsis* finora note, con quelle che qui si descriveranno.

1 Gen. *Lasioscius* n. gen. typus *Scius muricatus* Berl. ex Koch.

a) Subgen. *Lasioscius* (s. str.), species: *L. muricatus* Berl. ex K.; *Gamasus tricornis* Kram. (non abbastanza bene descritto per poterlo identificare); *Epicrius glaber* Berl.; *E. corniger* Berl.; *E. laelaptoides* Berl. (1887, non *Ameroscius laelaptoides* Berl. 1904, che forse non è neppure di questo genere); *Hypoaspis neocorniger* Oudem.: *Ameroscius italicus* Berl.; *A. borealis* Berl.; *A. flagellatus* Berl.; *A. jacobsoni* Berl.; *A. hispinosus* Berl.; *Parascius glaber* var. *minor* Träg.; *Sciulus novaeguineae* Oudem.; *Parascius serratus* Halb.; *P. tenuipes* Halb.; *Hypoaspis scutalis* Banks; *Lasioscius grandis* n. sp.; *L. parapodicus* n. sp.; *L. similis* n. sp.; *L. parvulus* n. sp.; *L. mutilus* n. sp.; *L. fissuratus* n. sp. (et. var.); *L. brevisternus* n. sp.; *L. conviva* n. sp. (et var.); *L. consocius* n. sp.; *L. pusillus* n. sp.; *L. listrophorus* n. sp.

b) Subgen. *Cheiroscius* n.; typus: *Scius unguicalatus* Berl. Adde: *L. Ch. alpestris* n. sp.

c) Subgen. *Zygoscius* n.; typus: *L. Z. furciger* n. sp.

d) Subgen. *Platyscius* n.; typus: *L. P. capillatus* n. sp. Adde: *Hypoaspis subglabra* Oudem.; *L. P. mollicomus* n. sp.

e) Subgen. *Zercoscius* n.; typus: *Scius spathuliger* Leon. Adde: *Gamasus remiger* Kram.; *Hypoaspis ometes* Oudem.; *Ameroscius reticulatus* Berl.; *L. Z. paliger* n. sp.; *L. Z. podocinoides* n. sp.; *L. Z. penicilliger* n. sp. (et var.); *L. Z. sublaevis* n. sp.

f) Subgen. *Leioscius* n.; typus *Ameroscius minusculus* Berl. Adde: *A. farosus* Berl.; *A. crassipes* Berl.; *L. L. venustulus* n. sp.; *L. L. setosulus* n. sp.

2. Gen. *Ameroscius* Berl.; typus *Scius hirsutus* Berl. ex K. Adde: *Sciulus*

plumosus Oud. ; *A. geometricus* Berl. ; *A. epicrioides* n. sp. ; *A. sculptilis* n. sp. ; *A. tenellus* n. sp.

3. Gen. **Epicriopsis** Berl. n. gen. Typus *Gamasus horridus* Kram. Adde : *E. horrida*, var. *sicula* n. var.

a) Subgen. *Actinoseius* n. ; typus *P. A. terrificans* n. sp.

4. *Hoploseius* Berl. ; typus *Zercon cometa* Berl.

GEN. *LASIOSEIUS* BERL. N. GEN.

Typus : *Seius musicatus* Berl. ex Koch.

Lasioseius italicus Berl. (= *Amerosseius italicus* Berl., « Redia », vol. II, fasc. 2.°, p. 234). — Mas ad 480 μ. long. ; 300 μ. lat. Calcar mandibulae mirae longitudinis, flagelliforme, in tertia parte apicali inflexum et extra rostrum ad eius basim transverse productum, totum circiter 200 μ. long. Cum foemina, ad « Udine » inter folia putria.

Lasioseius borealis Berl. (« Redia », vol. I, fasc. 2.°, p. 259). — Descriptioni ibi praeditae adde : Scutum peritrematicum post quartos pedes parum productum, rotundatum. Canaliculus inferior peritrematis foveolae pedis quartis valde adpressus et parallelus et in eodem margine postero-interiori foveolae eiusdem desinens. Tarsus primi paris ad 140 μ. long.

Exemplum typicum vidi collectum in Norvegia, sed alia typico conformia ipse collegi in septentrionalis Italiae altiorum montium muscis.

28. **Lasioseius borealis** Berl. var. **temperatus** Berl. n. var. — Typico etiam statura persimilis ; differt propter scutulorum peritrematicorum fabricam; quae scuta post quartos pedes angulato-rotundatim sunt valde producta et canaliculus posticus peritrematis in medio margine interiori scuti peritrematici, post quartos pedes desinet. Tarsus anticus ad 130 μ. long.

Habitat in muscis, ad « Palermo ».

29. **Lasioseius grandis** Berl. n. sp. — Foem. Testaceo-fusca, ovalis. Dorsum scabratum, plerumque terra quisquiliisque valde conspurcatum, pilis simplicibus, curtioribus vestitum. Etiam pili postici sunt curtiores. Epistoma trispinum, spina media longa, apice bifurca, caeteris acutis. Pedes antici longi, tarso perlongo ; omnes setulis simplicibus ornati. Ambulacra ut L. italico. Jugularia nulla. Sternum angulis anticis valde extrorsus productis; posticis subrotundatis, margine antico undulato ; postico recte truncato.

Adsunt costulae duae chitineae, sat bene conspicuae, longitudinales, a margine antico sterni procedentes, denique evanescentes, valde intersese appressae et parallelae. Scutum genito-ventrale minimum, subrectangulum. Scutum anale subtrigono-rotundatum, mediocre vel sat parvum: anterius recte truncatum. Inter scutum genito-ventrale et anale tantum scutula duo, minima sunt conspicua. Metapodia scutulo rotundo, minimo dubie significata. Scutua peritrematica sat lateraliter et post quartos pedes rotundatim producta: ramulo descendenti perimetratis margini externo scuti parapodici omnino contiguo, sat stricto, vix introrsus incurvo, a pedis quarti basi remoto. Ad 670 μ. long.: 450 μ. lat.

Habitat. Collegi exempla in muscis et inter folia putria ad « Maccarese, (Roma) » ad « Casalmonferrato (Piemonte) », in Agro Veneto alibique.

30. **Lasioseius parapodicus** Berl. n. sp. — Foem. ochracea, consuetae figurae, sat L. italico similis, pilis curtioribus in trunco induta, dorso sat asperato. Epistomatis spinulae apice bicuspides. Pedes longiores, antici esiliores et longissimi, ambulacro subsexili et perparvulo armati. Ambulacra caetera spinis ad latera unguium setiformibus, perlongis (magis quam in caeteris omnibus speciebus longis): membranula interunguiculari triloba, lobo medio elongatissime lanceolato, lateralibus unciformibus, longioribus. Sternum subquadratum. Scutum genito-ventrale minimum, rectangulum, valde a sterno et a scuto anali remotum. Scutum anale parvum, rotundate pentagonum, fere aeque longum ac latum. Scuta iugularia et metapodica nulla. Scuta parapodica magna, longe quam in coeteris speciebus post quartos pedes magis dilatata et producta; peritrematis ramo poststigmatico latissimo, bene post quartas coxas arcuato. Ad 480 μ. long.: 320 μ. lat.

Habitat. Nonnulla collegit exempla Cl. Jacobson in insula « Giava », super Dipterum parvulum ex fam. Tipulidae (non tamen cum Diptero hospite Lasioseii jacobsoni confundendum).

31. **Lasioseius similis** Berl. n. sp. — Foem. sat L. italico similis, sed statura aliisque characteribus optime diversa. Aurantiacea, elongate ovalis. Dorsum reticulo bene conspicuo (areola-

rum marginibus plerumque denticulatis) setisque percurtis tenuibus ornatum; seta humerali nulla, verticalibus perparvis. Epistoma, hypostoma, pedes, ambulacra ut in L. italico. Scutum dorsuale marginibus subserrulatis, mucrone postico et linea chitinea duriori nullis. Iugularia nulla. Sternum multo longius quam latum, postice arcuato-excavatum: scutum genito-ventrale elongate rectangulum, inter quod et anale scutula minima sex sunt, ex quibus quatuor in serie transversa, duo lateralia parvula. Metapodia minima, valde postremo scuto peritrematico adpressa, subcontigua. Scutum anale magnum, parum latius quam longum, subpentagono-circulare, postice rotundatum. Scuta peritrematica maxima, post quartos pedes (cuius coxam partim externe amplexant) valde producta: peritrematis ramo postico sat a coxa quarta remoto, lato, tenuiter inflexo. Ad 440 μ. long.; 270 μ. lat.

Habitat. Plurima collegi exempla ad « Castions di Strada, Udine », inter folia putrescentia, ad paludes alibique in agro Veneto, Etrusco, Pedemontano.

Questa specie è certamente molto affine al *L. serratus* dell' Halbert (*Paraseius serratus* Halb., 1915), ma le eccellenti figure (bellissime fra quante io ho veduto di Acari), che ne dà l' Halbert stesso mi permettono di rilevare qualche differenza notevole, come la forma dello sterno, che nel *serratus* è breve, cogli angoli fra il 2° e 3° paio di zampe rotondati, mentre nella presente forma (*similis*) essi sono acuti e tutto lo sterno è più lungo. Inoltre il *L. similis* ha sei scudetti fra lo scudo genito-ventrale e l' anale, mentre il *serratus* ne mostra due soli. Anche lo scudo anale è alquanto diverso. I miei esemplari sono di diverse parti d' Italia, cioè Veneto, Piemonte, Toscana e tutti fra loro perfettamente eguali. Può essere, del resto, che si tratti di una semplice varietà.

32. **Lasioseius parvulus** Berl. n. sp. — Foem. ovata, consuetae figurae, dilute aurantiaca. Dorsum totum robusto reticulo scabratum, excepta area ovali, sat magna in dimidia postica scuti parte. Pili subspiniformes, curtiores, scuto arcte appressi, e tuberculo parvo exorti sunt in dorso et in marginibus. Pedes curtuli (primi paris 300 μ. long.) subspinosuli, ambulacro antico subsexili, caeteris seta ad basim unguium sat magna, lobulis membranulae parum productis. Epistoma videre nequeo in unico exemplo, quod supinum est in praeparatione. Sternum elongate rectangulum, margine antico in medio excavato, postico sat arcuatim posterius pro-

ducto, tamen in medio arcuato-impressum. Sculptura reticulata tenuis est in medio sterno. Scutula inter scutum genito-ventrale et anale sex numero, minima. Scutum anale latum, vix latius quam longum, subsemidiscoidale, anterius rotundatum, totum reticulo sat conspicuo exharatum. Iugularia nulla; metapodia minima. Scuta peritrematica maxima, posterius valde producta, magis quam in congeneribus speciebus angulatim ad marginem desinentia; ramulo postico peritrematis latiori, recte ad angulum scuti externum desinenti, nec inflexo. Vertex fere ut in L. cornigero ornatus. Ad 360 μ. long.; 230 μ. lat. Inter subgeneris sui species, minima.

Habitat in Insula « Giava ». Collegit Cl. Jacobson.

33. **Lasioseius mutilus** Berl. n. sp. — Foem. Aurantiaca, valde L. serrato vel L. simili aut L. italico similis, sed iisdem diversa precipue pedum anticorum characteribus. Scutum dorsuale scabratum, pilis perparvulis indutum. Epistoma spinis tribus, apice bifurcis terminatum. Pedes antici mediocres (450 μ. long.); tibia longiori quam tarsus (tibia 90 μ. long.; tarsus 70 μ. long.), qui character in nulla alia generis specie est. Ambulacra ut in L. italico. Scuta ventralia ut in L. serrato Halbert. Scutum anale subcirculare-obpentagonum (160 μ. long.; 140 μ. lat.). Ad 490 μ. long.; 320 μ. lat.

Habitat in muscis Etruriae; collegi prope Florentiam et in « Chianti ».

34. **Lasioseius fissuratus** Berl. n. sp. — Foem. aurantiaceo-subbadia, elongate ovalis, dorso sublaevi. Setulae omnes parvulae, simplices, exceptis quatuor posticis (ex quibus duae sunt marginales, aliae in extremo dorso) caeteris aliquanto longiores. Pedes omnes longi; antici crassiusculi, setis simplicibus undique ornati (in femure postico, ad dorsum sunt tamen setae spiniformes duae, sursum erectae). Ambulacra longa; antica longo et exili pedunculo, articulato sustenta. Hypostoma corniculis parvis, strictis, subhyalinis, cuius ad basim spina robusta et curta oritur. Sternum anterius arcuato-productum, utrinque impressum, trapezinum; postice arcuatum, excavatum. Scutum anale stricte et elongate hexagonum, multo longius quam latum. Character insignis est fissura hyalina humeralis stricta, e margine procedens et valde medium dor-

sum versus oblique excurrens, quae multo magis in hac specie quam in congeneribus est lata et conspicua. Ad 450 μ. long. : 260 μ. lat.

Habitat. « La Plata ». Collegit Cl. Bruck.

35. **Lasioseius fissuratus** Berl. var. **nostras** Berl. n. var. — Foem. Differt a typico statura vix minore ; sterno in margine postico arcuatim producto (margine tamen eodem angulatim utrinque plicato); scuto peritrematico strictiori et ad quarti paris coxas, in medio margine exteriore foveolae pedalis angulatim desinenti ; pedunculo ambulacrorum anticorum breviori ; stylis ad basim externam unguium caeterorum ambulacrorum aliquanto longioribus. Etiam patria valde diversa, quod species typica est in Austro-America collecta. Ad 400 μ. long. ; 250 μ. lat.

Habitat. Florentiae, in muscis.

36. **Lasioseius brevisternus** Berl. n. sp. — Foem. ochracea, ovalis. Setae dorsi longae, exiles, nec barbatulae, molles (posticae ad 70 μ. long.). Sternum percurtum, quod ad extremas secundas coxas non est productum, tantum quadripilum. Scutum genito-ventrale perlongum et strictum ; anale magnum, fere aeque longum ac latum. Scutum peritrematicum non post quartas coxas expansum, sed lineare, perexile. Ambulacra membranula rotundata, spinis ad latera uncorum subinconspicuis ; antica pedunculo sat brevi sustenta. Hypostomatis cornicula parvula, acuta, intersese valde appressa, quorum ad basim seta perparvula, exilior oritur. Ad 450 μ. long. ; 270 μ. lat.

Habitat in « Somalia italiana », in lignis putribus, ad foces Jubae. Collegit Cl. Paoli.

37. **Lasioseius conviva** Berl. n. sp. — Foem. pallidius terrea, ovato-rectangula. Truncus setis mediocribus vestitus, posticis tamen vix longioribus (ad 50 μ. long.) subspiniformibus. Pedes longi et exiles, setis simplicibus aucti : ambulacris spinis ad latera uncorum, quantum video, nullis. Ad corniculorum hypostomatis basim pilus sat longus (sed non spiniformis) oritur. Sternum magnum, peculiari sculptura insignitum, quod lineis longitudinalibus duabus, intersese valde appressis sit sculptum, ex quibus utrinque lineae plures oblique divergunt, et inter duas lineas longitudinales

duplex series est areolarum subrectangularium. Scutum anale parvum, sive longius quam latum, sat scuto genito-ventrali adpressum (70 μ. long.; 60 μ. lat.), ovato-trapezinum. Metapodia, iugularia et scuta inter anale et genito-ventrale nulla. Scutum peritrematicum minime circum coxam quarti paris inflexum, sed angulatim parum ultra stigma productum. Ad 350 μ. long.: 230 μ. lat.

Habitat. Plura vidi exempla collecta ad « Giava », super *Gryllus*, sp., ad basim alarum, a Cl. Jacobson.

38. **Lasioseius conviva** Berl. var. **laevisternus** Berl. n. var. — Foem. typico similior eodemque colore depicta, a quo tamen differt propter sternum non peculiari (typici) sculptura exharatum; setis ad corniculorum hypostomatis robustioribus, curtis, vere spiniformibus; scuto peritrematico etiam minus post stigma producto; setis trunci curtioribus et exilioribus (posticae sunt longae 40 μ.). Statura speciei typicae.

Habitat super tuberculos plantae: *Hypomaea batatus*, ad « Buitenzorg, Giava ». Collegit et mecum benignissime communicavit Cl. Lammerman.

39. **Lasioseius consocius** Berl. n. sp. — Pallide terreus, ovatus. Foem. dorsi scuto laevi, pilis simplicibus, sat longis induto (postici, caeteris longiores; sunt longi 35 μ.). Epistoma spinis acutis et sat longis, tribus terminatum. Pedes sat longi, omnes setosuli. Ambulacra antica pedunculo biarticulato, longiusculo; omnia membranula lobulis rotundatis, setis ad basim unguium percurtis. Scutum sternale laeve, postice vix productum, truncato-escavatum; margine antico subevanido. Iugularia non video. Scutum genito-ventrale sat magnum, postice rotundatum. Scutum anale perparvum, ovatum, pilis circumdatum (setae, quibus ornatur sunt tantum adanalia minima et postica longiuscula). Metapodia minimo scutulo, rotundo significata. Scuta peritrematica stricta, acute desinentia, partim externe coxam quartam amplexantia. Ramulus descendens peritrematis nullus. Mas foequina sua minor, strictior, setulis vix longioribus ornatus. Mandibulae curtiores, calcari insolitae figurae, quod perlongum sit, vix incurvum, sub apicem attenuatum et acutum, in medio margine interno lata ap-

pendicula squamiformi, hyalina ornatum. Foem. ad 370 μ. long.; 220 μ. lat.; mas ad 310 μ. long.; 170 μ. lat.

Habitat. Innumera exempla mecum benignissime communicavit Cl. Bruck, in nidis formicae: *Acromyrmex lundi* ad « La Plata » collecta.

40. **Lasioseius pusillus** Berl. n. sp. — Foem. flavido-aurantiaca, elongate ovata. Derma dorsi sat laeve; pili dorsi perparvuli, vix conspicui, exceptis duobus posticis, qui sunt 35 μ. longi et exiles. Epistoma videre nequeo. Hypostoma corniculis perexilibus, longis, spiniformibus, valde intersese apice appressis. Pedes mediocres, ambulacris ut in L. muricato. Iugularia nulla. Sternum trapezinum, utrinque fere angulatim constritum, denique dilatatum, bene postice angulatum, margine posteriori recto. Scutum genito-ventrale valde longum, postice recte truncatum, vix a scuto anali seiunctum. Scutum anale sat magnum, cordiforme, certe bene longius quam latum, postice subacutum. Metapodia videre nequeo. Scuta peritrematica postice attenuata; ramulo descendenti peritrematis nullo; ut in L. muricato conformata. Ad 360 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat in ligno putri, ad « Tiarno », in agro Tridentino.

41. **Lasioseius listrophorus** Berl. n. sp. — An huius subgeneris? Tantum mas mihi notus. Testaceus, ovalis. Dorsum vix in extrema parte scabratulum, pilis subspiniformibus, sat longis, utrinque quatuor in margine lateropostico, post quartos pedes conspicuis. Adsunt utrinque, prope marginem lateralem (inter secundos et tertios pedes) setae spiniformes, magnae tres, retrorsus directae. Epistoma spinis tribus, apice bifurcis, longis terminatum. Pedes mediocres, spinosi. Ambulacra antica longe pedunculata; coetera membranula (quantum video) rotundato-lobata, setis ad basim unguium sat curtis. Palporum articulus primus inferne spinis curtis, duabus, validis. Calcar mandibulae sat breve, securiforme, tenuiter pedunculatum. Scuta peritrematica bene non video in unico exemplo. Ad 600 μ. long.; 400 μ. lat.

Habitat in Norvegia.

SUBGENUS **CHEIROSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Lasioseius* Berl. Typus *Seius unguiculatus* Berl. Adde speciem sequentem.

42. **Lasioseius (Cheiroseius) alpestris** Berl. n. sp. — Foem. sat late ovata, saturate badia. Differt ab *L. C. unguiculatus* Berl. characteribus pluribus, qui sunt: Statura maior et magis lata. Pedes antici minus crassi nec spinis ad tarsum internis armati, sed pilis simplicibus mollibus. Derma dorsi areolis sat magnis, colore clariori conspicuis, exharatum (quae areolae in L. C. unguiculato non sunt). Sternum brevius, vere trapezinum. Scutum anale maius et latius (est 230 × 300; in L. C. unguiculato est 150 × 200). Peritrematis ramulus descendens ad apicem leniter introrsus incurvus. Ad 600 μ. long.: 450 μ. lat.

Habitat super altos montes, in muscis. Collegit Cl. Paoli, ad « Sondrio », prope « Lago Palù », ad 1300 m.

SUBGENUS **ZYGOSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Lasioseius* Berl. Foeminae scutula metasternalia cum endopodicis confusa. Typus *L. Z. furciger* n. sp.

43. **Lasioseius (Zygoseius) furciger** Berl. n. sp. — Foem. badiuscula, ovata. Dorsum sublaeve, pilis curtioribus vestitum, ad marginem posticum vix longioribus et runcatim incurvis, parum vel vix e margine productis. Epistoma in spinas duas perlongas et exiles desinens. Pedes mediocres, ambulacris basi inflatis, stylis ad basim uncorum minimis, vix conspicuis; membranula lobulis rotundatis magnis. Sternum, margine antico bimucronato, mucronibus rectangularibus, margine postico valde arcuatim producto (scuta metasternalia nulla, qui character subgen. est). Scutum genito-ventrale areolis pellucidulis sex, in seriebus binis longitudinalibus distributis, in medio signatum. Scutum anale praecedenti subcontiguum, latius, obtrigonum, vix ad latera impressum, maiorem ventris partem occupans, ano ad apicem posticum aperto. Iugularia et metapodia nulla. Endopodia maiora, ad latera epigynii et basis sterni conspicua, unipila. Scuta peritrematica sat lata, posterius latiora et angulatim post quartas coxas, ad marginem corporis producta. Ad 400 μ. long.; 270 μ. lat.

Habitat. Collegit Cl. Bruck ad « Olavaria », prope « Buenos Aires » aliaque exempla ad « La Plata », in nidis formicarum.

SUBGENUS **PLATYSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Lasioseius* Berl. Typus: *L. P. capillatus* n. sp.

44. **Lasioseius (Platyseius) capillatus** Berl. n. sp. — Foem. laete aurantiaca, trigono-bursiformis, latior; aliquando quisquiliis terreis dense induta. Scutum dorsuale subnitidum, pilis longis, (maiores ad 150-170 μ. sunt longi), mollibus ad margines induta; in medio pilo raro et curto vestita. Pili verticales minimi, molles; humerales nulli. Epistoma trispinum, spinis longis, media apice bifurca, lateralibus apice pluridenticulatis. Pedes omnes longiores (antici 600 μ.; tarsis 170 μ.; postici tarsi 310 μ. long.); primi paris femure genuque spinis validis, curtis armati: caeteri toti spinis multis aucti. Ambulacra setis ad latera unguium perlongis, membranula in laciniis tribus longis divisa; ambulacra antica subsexilia. Mentum perlonga seta duplici, barbatissima terminatum. Scuta ingularia in scutulis utrinque 4 numero fracta, ex quibus interiora transverse subrectangula, coetera circularia, punctiformia. Scuta metapodica nulla. Scutum anale latissimum, obsemicirculare, totum ventrem posticum occupans, longipilum. Scuta peritrematica latissima, postice truncata: peritremate lato, partim quartas coxas amplexantia. Ad 550 μ. long.; 460 μ. lat.

Habitat. Plura collegi exempla inter folia putria, ad paludes, prope « Castions di Strada: Udine ».

45. **Lasioseius (Platyseius) mollicomus** Berl. n. sp. — Foem. aurantiaca, late trigono-bursiformis. Derma dorsi sublaeve, in medio nudum (exceptis pilis aliquot parvis et exilibus, duobusque in tertia dorsi parte antica longioribus); ad latera pilis criniformibus longioribus, mollibus dense indutum, ex quibus postico-laterales caeteris maiores, sunt longi 180-200 μ. Pili postici medii e tuberculo exorti, coeteris posticis duplo curtiores sed crassiores, apice runcatim deorsum incurvi. Pedes longiores (antici 700 μ. long.) tarsis elongatioribus (antici 200 μ.; postici 300 μ.), antici genu tibiaque ad latera spinis validis et sat longis armati: caeteri segmentis omnibus, usque ad extremum tarsum, spinosis. Iugularia

in scutulis subrotundis utrinque tribus fracta, minimis. Scutum anale latissimum (duplo latius quam longum), totum extremum ventrem occupans, sublaeve, excepta stria transversa margini antico subparallela et adpressa. Metapodia transverse late ovalia, scuti peritrematici margini extremo arcte adnexa. Scuta peritrematica latissima, multo quam in caeteris totius generis latiora, post quartas coxas arcuatim inflexa, denique in ventre evanescentia. Peritrema latissimum, truncatim et valde late ad marginem posticum scuti desinens. Ad 580 μ. long. : 480 μ. lat.

Habitat in insula « Giava ». Coll. Cl. Jacobson.

SUBGEN. **ZERCOSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Lasioseius*. Pili trunci plus minusve penicillati, vel dilatati. Typus *L. Z. spathuliger* Leon.

46. **Lasioseius (Zercoseius) paliger** Berl. n. sp. — Foem. testacea, sat elongate-ovata. Setulae posticae saltem duplo (60 μ.) caeteri trunci longiores, tuberculo sat alto sustentae. Scuta metapodica magna, trigono-rotundata. Adsunt scutula quatuor minima inter genito-ventrale et anale. Hoc late trigono-rotundatum est. Sternum magnum, latum. Scutum peritrematicum non post quartas coxas productum, easque tantum partim marginans, post stigma vix expansum. Derma dorsi scabrato-areolatum, in dimidio dorso minus asperatum. Ad 440 μ. long. ; 270 μ. lat.

Habitat. Nonnulla collegit exempla in muscis ad « Filettino, Lazio », Cl. Dodero.

47. **Lasioseius (Zercoseius) podocinoides** Berl. n. sp. — Foem. testaceo-badio-subfuliginea, bursiformis. Truncus pilis sat longis, cylindricis, crassiusculis, apice vix lenissime subbarbatulis vestitus ; verticis longi. Scutum dorsuale reticulo uniformi sat crasso sculptum ; anale reticulo areolis transversis, sat magnis exharato. Rostri basis utrinque singulari impressione semicirculari, ad margines excavata. Pedes antici mira longitudine, sive corpore sesqui longiores (900-950 μ. long.) ; tarso cylindrico, elongatissimo (310-315 μ. long.) ; ambulacro longo pedunculo, articulato praedito.

Scuta iugularia maiora, transverse late trigona; scuta metapodica duplicia, superiori minimo semicirculari, posteriori rotundo, praecedenti valde appresso. Scutum anale latissimum, totam latitudinem corporis occupans, semicirculare. Scuta peritrematica ad dimidiam quartam coxam oblique truncata, ramulo inferno peritrematis nullo. Epistoma quadrispinum, spinis duabus mediis curtioribus et acutioribus quam externae. Ad 520–600 μ. long.; 340–400 μ. lat.

Habitat in Africa orientali. Collegerunt Cll. Alland et Jeannel.

48. **Lasioseius (Zercoseius) penicilliger** Berl. n. sp. — Terreus, ovatus, sat L. paligero affinis, sed tamen characteribus istis distinctus. Epistoma subrecte truncatum, spina utrinque laterali vix maiori, caetero margine inter spinas denticulis subaequalibus inciso. Derma dorsi scabratum. Pili corporis cylindrici, apice acuti, vix sub apicem tenui barbula ornati; postici (caeteris maiores) ad 60 μ. sunt longi. Pedes ut in L. Z. paligero. Foem. Sternum strictius et longius quam in L. Z. paligero, sed antice et postice pariter conformato. Scutum genito-ventrale valde anali appressum, inter quae scuta non scutula minora sunt, sed tantum linea transversa, durior. Scutum anale late trigonum, certe latius quam in L. Z. paligero et utrinque in margine laterali profunde excavato-impressum, transversis lineis bene exharatum. Scuta peritrematica et peritrema ut in L. Z. paligero. Ad 550 μ. long.; 330 μ. lat. Mas mandibulae calcari antrorsus porrecto, lineari, vix undulato, apice truncato, obsolete tridentulo. Ad 400 μ. long.; 240 μ. lat.

Habitat in agro patavino, sub lignis putribus, ad terram.

49. **Lasioseius (Zercoseius) penicilliger** Berl. var. **floridensis** Berl. n. var. — Differt a typico statura aliquanto minori, metapodiis (foeminae) utrinque duplici scutulo constitutis, setis dorsi (praecipue) postici, melius barbulatis. Mas ad 320 μ. long.; 170 μ. lat.; foem. 430 μ. long. 290 μ. lat. (vel 440 × 300).

Habitat. Plurima vidi exempla collecta in muscis, ad « Lake City, Florida ».

50. **Lasioseius (Zercoseius) sublaevis** Berl. n. sp. — Foem. sat lata, zerconiformis, pallidius terrea, subhyalina. Dorsum rugis ali-

quot, reticulum incertum formantibus, exharatum, tamen in dimidio postico dorso utrinque linea, retrorsus arcuata signatum. Pili corporis cylindrici, haud barbulati, statura a vertice ad marginem posticum crescentibus: postici longi, introrsus arcuatim incurvi, ad 70 μ. long. Epistoma in mucronem serrulato-denticulatum desinens. Pedes breves, subspinosi, ambulacris membranula rotundato-quadriloba; setis ad basim unguium inconspicuis. Sternum margine antico subrotundato (tamen in medio impresso), peculiari linea chitinea arcuata, utrinque ad menti basim connexo; margine postico leniter excavato. Scutum anale magnum, semidiscoidale, anterius leniter, posterius semicirculariter rotundatum, totum striis concentricis (circa anum) exharatum. Metapodia utrinque duplici scutulo, subrotundo significata. Scutum peritrematicum exile, post tertios pedes subito constrictum et vitta exili chitinea, foveas pedales quartas partim circumdans, terminatum. Ad 300 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat. Plura exempla collegit Cl. Jacobson in insula « Giava », super *Dipterum* quodam, quod ex fam. *Tipulidae* mihi videtur.

SUBGEN. **LEIOSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Lasioseius*. Pedes breves et robusti. Truncus elongatus, lateribus subparallelis. Typus: *L. L. minusculus* Berl.

51. **Lasioseius (Leioseius) venustulus** Berl. n. sp. — Foem. pallide terrea, pedibus anticis, praecipue tarsis, vix obscurioribus; elongate ovalis, lateribus parallelis. Scutum dorsuale in quarta parte antica transverse striatum reticulatumque, denique tenuissime reticulatum, punctis clarioribus in reticuli lineis iisdem ornatum. Pili dorsi et marginis postici brevissimi, difficilius conspicui. Epistoma spinis tribus, subaequalibus, longis, peracutis (in L. L. minusculo, quae species affinis est, sunt apice tenuiter bifidi) desinens. Pedes mediocres, tarsi antici sat longi, sive 100 μ. (in L. L. minusculo sunt 60 μ. long.), ambulacris anticis biarticulatis, sat elongate pedunculatis; caetera ambulacra setis ad basim unguium sat longis, membranula triloba, lobulis rotundatis. Iugularia magna. Sternum sat elongatum, post secundos pedes bene pro-

ductum, postice truncatum. Scuta metasternalia nulla. Scutum genito-ventrale perstrictum, non pilis in marginis lateralis medio ornatum. Scutum anale parvulum, rotundato-trigonum, longius quam latum, valde ab epigastrico remotum (est long. 75 μ.; lat. 70 μ.; in L. L. minusculo et multo maius, sive 120 × 120). Scuta peritrematica sensim, sed parum, a L. L. minusculi diversa. Ad 420 μ. long.; 230 μ. lat. Mas mandibularum calcari subrecto, brevi, apice bimucronato-truncato. Ad 300 μ. long.; 200 μ. lat.

Habitat. Nonnulla exempla collegit (cum Rhyzoglypho quodam commixta) Cl. Paoli, in myceliis Roselliniae, ad « Figline », in Etruria et mecum benignissime communicavit. Inveni etiam in agro Panormitano nec non ad « Vallombrosa », in muscis.

52. **Lasioseius (Leioseius) setosulus** Berl. n. sp. — Foem. pallide terrea, elongate ovata, lateribus subparallelis. Scutum dorsuale sublaeve, tantum in medio reticulo evanescenti vix signatum. Pili dorsi mediocres, postici longiusculi (40 μ.), exiles, recti. Epistoma tantum bispinum, spinis rectis, acutis, sat longis. Pedes mediocres; antici tarso cylindrico, ad 100 μ. long.; ambulacro pedunculo biarticulato, sat brevi. Ambulacra caetera membranula triloba, lobulis strictis; setis ad basim unguium parvulis. Ingularia cum sterno confusa. Sternum elongate rectangulum, non angulis anticis, nec inter tertios et quartos pedes angulatum. Scuta metasternalia nulla. Scutum genito-ventrale, anale et peritrematicum ut in L. L. venustulo. Scutum anale 60 × 60. Ad 340 μ. long.; 180 μ. lat.

Habitat. Plura inveni exempla in muscis, ad « Lake City, Florida » collecta.

GENUS *AMEROSEIUS* BERL., 1904.

53. **Ameroseius epicrioides** Berl. n. sp. — Foem. elongate ovata, dilute fuliginea, reticulo scuti dorsualis vix obscuriore. Scutum dorsuale reticulo irregulariter polygonales, latas areolas occludenti totum ornatum nec non pilis longis, vix barbatulis, incurvis, ad latera cirriformibus praeditum. Pili postici sunt longi

70–80 μ. Pili summi verticis duo sunt, sat exiles, parvi, externe barbula brevi ornati. Epistoma angulum obtusum conficiens, marginibus integris. Sternum obtrapezinum; scutum genito-ventrale sat magnum, postice subrotundatum. Scutum anale late trigonum, latius quam longum (sive 130 × 80 μ.). Ad 440 μ. long.; 280 μ. lat.

Habitat. Plura collegit exempla Cl. Bruck ad « Rio Santiago, La Plata », sub arborum emortuorum cortice.

54. **Ameroseius sculptilis** Berl. n. sp. — Foem. pallide testacea, consuetae figurae. Dorsum areolis crassis ut in *A. hirsuto* sculptum. Setulae verticis latae, serrulato-plumosae. Setulae dorsi parvulae, lateraliter vix e margine productae; etiam posticae breves, ad 40 μ. long.; omnes crassae, serrulato-plumosae, incurvae. Pedes omnes mediocres, segmentis concoloribus. Epistoma angulatim vix productum, marginibus subserrulatis. Sternum obtrapezinum, angulis rotundatis, dermate subnitido. Scutum anale quadrato-rotundatum, margine antico recte truncato, postico rotundato, utrinque impressioni parva, angulari signatum, totum areolis magnis, reticulo crasso et obscuriori sculptum. Ad 420 μ. long.; 290 μ. lat.

Habitat in muscis montium altiorum Etruriae (Vallombrosa).

55. **Ameroseius tenellus** Berl. n. sp. — Foem. pallide terrea, subhyalina, ovata. Dorsi sculptura haec est.: In medio maxima pars scuti dorsualis sulcis exilibus est reticulata; ad lateres, praecipue anterius et usque ad quartos pedes, latae areolae sunt, fere biseriatae. Sternum et scutum anale sulculis exilibus, reticulam difficilius conspicuam efficientibus, sunt exharata. Pili verticis late utrinque barbatuli, plumiformes; caeteri conici, robusti, longi, vix aliqua barbula ornati, incurvi, radiatim e margine corporis procedentes, statura a vertice ad marginem posticum crescentes; postici ad 100 μ. long. Epistoma angulatum, spina media acuta, armatum. Sternum subquadratum, angulis rotundatis. Scuta hyposternalia nulla. Scutum anale subcircolare, aeque longum ac latum (160 × 170). Adsunt scuta metapodica sat magna, elongate amygdaliformia. Scutum peritrematicum latum, bene post quartas coxas arcuatum, sed parum retrorsus productum. Ad 460 μ. long.;

320 μ. lat. Tarsus anticus hyalinus, caeteri pedis concolor. tibia genuque simul sumptis longitudine par, sive 110 μ.

Habitat. Florentiae; in agri Panormitani, muscis et in agro Tridentino (« Tiarno »), in detritis foeni obvius.

GEN. *EPICRIOPSIS* BERL. N. GEN.

Inter Laelaptidas, Podocininos. Typus: *Gamasus horridus* Kram. (= *Epicrius mollis* Berl. ex Kram.).

Il *Gamasus mollis* del Kramer è una forma sprovveduta di ambulacri al 1.° paio di zampe. L' Haller, riportando senza più la diagnosi del Kramer, introduce questa specie (che nessuno più mai vide dopo lo scopritore) nel genere *Epicrius*. Il Berlese (A. M. Sc. it., fasc. XL, fig. 9) chiama *Epicrius mollis* quello che è invece il *Gamasus horridus* del Kramer. L' Oudemans, attenendosi a questo ultimo erroneo modo di vedere, riconosce che quest' ultima specie non può entrare fra gli *Epicrius*, per la posizione dell' apertura sessuale maschile e la considera per *Hypoaspis*. Il Trägardth prende a tipo il *Gamasus mollis* del Kramer, per farne un genere a sè, che chiama *Paraseius*. Ora, mentre questo ultimo genere potrà o meno essere valido, il che si giudicherà allorquando potrà essere meglio noto il *Gamasus mollis* vero del Kramer, pel *Gamasus horridus* dello stesso Autore conviene adunque fare un genere a sè, perchè non può essere introdotto fra i gruppi di *Podocinini* sinora stabiliti. Questo genere io chiamo *Epicriopsis*.

La sinonimia dei due generi *Paraseius* ed *Epicriopsis* e delle due specie tipiche è la seguente:

Gen. **Paraseius** Trägardh 1910 (typus: *Gamasus mollis* Kram.). *Paraseius mollis* (Kram.) Träg. (= Epicrius mollis Hall.; non syn. Epicrius mollis Berl.).

Gen. **Epicriopsis** Berl. 1916 (typus: *Gamasus horridus* Kram.). *Epicropsis horrida* (Kram.) Berl. (= Epicrius mollis Berlese: = Hypoaspis mollis Oud.).

56. **Epicriopsis horrida (Kram.)** var. **sicula** Berl. n. var. — Differt a typico statura aliquanto minore; tuberculis dorsi minus numerosis; setis parvulis dorsi omnibus saltem triplo longioribus quam in typico (setis magnis tamen eadem statura quam in typico). Foem. ad 310 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat in muscis agri Panormitani.

SUBGEN. **ACTINOSEIUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Epicriopsis* Berl. Typus *E. A. terrificans*. Berl.

57. **Epicriopsis (Actinoseius) terrificans** Berl. n. sp. — Foem. pallide testacea, subovalis, tamen postice latiuscula, anterius subtruncata, tota pilis styliformibus perlongis, vix retrorsus incurvis, radiatim e marginibus corporis procedentibus, alto et robusto tuberculo sustentis, mire ornata. Styli isti corporis dimidia latitudine sunt vix longiores vel vix curtiores. In margine antico duo stili sunt antrorsum directi, quatuorque in vertice; deinde, de humero usque ad dimidium marginem posticum, utrinque undecim styli, fabricae supradictae, in margine e latere corporis procedunt, aeque dissiti. In medio dorso series duplex est longitudinalis stylorum conformium, numero utrinque sex et inter sextum huius seriei et margines adest etiam stylus caeteris vix minor. Pedes antici corpore multo longiores. Derma dorsi scabratum. Ad 400 μ. long.; 300 μ. lat. (Stylus posticus 150 μ. long.).

Habitat. Collegit exemplum huius pulcherrimae speciei ad « La Plata » Cl. Bruck.

CRYPTOSTIGMATA II.

GEN. *PELOPS* K.

Ho studiato le specie di questo genere più diligentemente di quello che finora sia stato fatto. Esse sono tutte ad epidermide del tronco liscia, ma sono rivestite di una pellicola (*tunica*) tutta complicata di rughe e spesso imbrattata di terra o d'altro. Da ciò un aspetto ben diverso dall'animale pulito a quello sudicio. Ritengo che, col solo studio dell'animale rivestito di dette quisquilie, non sia possibile definire bene le diverse specie e differenziarle fra loro, mentre ciò riesce ottimamente sugli individui puliti.

I caratteri specifici si desumono dalla lunghezza e distribuzione delle setole del dorso (l'annessa figura è abbastanza esplicativa per ciò); dalla statura, e dalla forma degli organi pseudostigmatici. Non danno caratteri utili le appendici spatolate del capotorace, nè le pseudoali, nè le zampe ecc.

In seguito a così fatta più minuta indagine sulle specie nostrali ho dovuto persuadermi che le specie del Koch, del Nicolet e di altri, fondate sopratutto su individui coperti dalla tunica, non sono affatto bene precisate e debbono considerarsi per nominali. Lo stesso *P. acromios* Herm. è dall'Autore medesimo



troppo insufficentemente illustrato per potere esser certi che esso corrisponda a quelli, che, sotto questo nome, sono stati indicati dal Nicolet, da Canestrini e Fanzago, dal Michael, da me stesso e da altri; perciò propongo per questa specie (che vive sulle piante ed è sola nel genere con tali abitudini) il nome nuovo di *P. phytophilus*.

Pelops phytophilus Berl. n. sp. Idest. *Pelops acromios* Michael (Brit. Orib., I, p. 280); Canestrini et Fanzago, (Ac. it., p. 10); Berlese (A. M. Sc. it. XV, 6). Valde dubie: Hermann, (Mém. Apt., p. 91; pl. IV, fig. 1). Non syn. Koch. (C. M. A. Deutschl., 30-9,10). Nicolet: (Ac. env. Paris, p. 425, tab. III, fig. 1). Variat longitudine pilorum notogastri, et organorum pseudostigm., quae in nonnullis exemplis sunt curtiora, crassius clavata et in aliis exemplis sunt longiora, exilius clavata (var. *longipilus* ?). Sunt exempla intermedia. Ad 700 μ. long., 550 μ. lat.; usque ad 820 μ. long.; 600 μ. lat.

Habitat in tota Italia alibique (Corfù, 700 × 500, curtipilus), etiam in montibus altioribus; frequentior aestate, super plantas varias, rarior in muscis, vel inter folia putria, aut in humo ecc.

58. **Pelops hirtus** Berl. n. sp. — Nigerrimus. P. simplici sat similis, sed vix maior. Seta quarta seriei lateralis fere in serie media incurrens. Setae omnes notogastri longiores quam in P. simplici (posticae sunt 200 μ. long.), cylindricae. Foramen genitale sesqui longius et latius quam anale et diametro suo sesqui ab ano remotum. Organa pseudostigm. sat longa, leniter fusiformia. Ad 900 (usque ad 950) μ. long.; 750 (usque ad 780 μ. lat.). Inter congeneres species (europaeas) mihi notas haec est maxima.

Habitat communis in muscis agri Tridentini nec non in Etruriae montium altiorum (« Monte della Verna; Vallombrosa »).

59. **Pelops simplex** Berl. n. sp. — P. duplici sat similis, sed aliquanto maior: organis pseudostigmaticis vix fusiformibus, setis notogastri longioribus (posticae sunt 160 μ. long.). Setae notogastri sunt simplices. Seta secunda seriei interioris et tertia seriei lateralis sunt valde ad insertionem intersese discretae, ut communius est in speciebus huius generis et seta 4.ª seriei lateralis sat a serie interiori remota est. Foramen genitale vix anale maius et duplo diametro suo ab ano remotum. Ad 850 μ. long.; 680 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta in muscis, ad « Vallombrosa, Firenze ».

60. **Pelops subexutus** Berl. n. sp. — Castaneus vel nigrescens, pilis notogastri omnibus clavato-ciliatis, subconformibus; 1.° et 2.° marginalibus praesentibus. Tunica punctulata adest pertenuis, ita ut animal granulis minimis obsitum videatur et subnudum. Organa pseudostigm. sat elongate claviformia. Squama anterior notogastri profundius excavato-sinuata. Ad 720 μ. long. 640 μ. lat.

Habitat in Sardinia (« Bosa »), in muscis.

61. **Pelops absalom** Berl. n. sp. — Castaneo-niger; tunica sat crassa indutus. Pili notogastri omnes longissimi, cylindrici, postici dimidiam corporis latitudinem aequantes (250 μ. long.). Pilus secundus seriei interioris et tertius seriei lateralis ad insertionem contigui. Organa pseudostigmatica brevissime clavato-pyriformia, nigra. Squama notogastri media anterius rectilinea. Ad 800 μ. long.; 570 μ. lat.

Habitat in Africa orientali. Collegerunt Cll. Alland et Jeannel.

62. **Pelops duplex** Berl. n. sp. — Castaneo-niger, subcircularis. Notogastrum pilis leniter clavatis, sat longis ornatum. (Setae posticae sunt longae 100 μ.). Organa pseudostigmatica longiora, cylindrica (vel vix sensim sub apicem crassiora), scabrata. Tarsus secundi paris ad dorsum, sub apicem, appendicula lanceolata ornatus. Area porosa ad insertionem setae primae serieis interioris rotunda, sat magna. Seta tertia seriei lateralis valde proxime insertioni setae secundae seriei interioris insita (character insignis speciei), inter quas horum pilorum insertiones area porosa rotunda minor stat. Ad 680 μ. long.; 560 lat.

Habitat frequens in muscis Italiae centralis (« Vallombrosa, Firenze » alibique) nec non in Germania (Amburgo, coll. Cl. Strand) et in Bohemia (coll. Cl. Roubal).

63. **Pelops geminus** Berl. n. sp. — Castaneus, valde P. duplici similis, praecipue propter pilorum notogastri (secundo seriei interioris in insertione tertio seriei lateralis contiguo) dispositione et fabrica, sed statura valde P. duplicis minore, organisque pseudostigmaticis sat late foliaceo-fusiformibus. Ad 510 μ. long.; 440 μ. lat.

Habitat. Nonnulla collegi exempla ad mare, prope Pisas (« San Vincenzo »), in pinetis.

64. **Pelops subuliger** Berl. n. sp. — Castaneus, late rotundatus, tenui tunica indutus. Notogastrum pilis subulatis, sat curtis (postici sunt longi 80-100 μ.) ornatum. Adest pilus marginalis primus. Pilus quartus seriei lateralis sat seriei interiori adpressus. Areae porosae omnes tantum puncto minimo significatae. Organa pseudostigmatica longa, acutissime subuliformia. Foramen genitale 110 μ. long.; 130 μ. lat.; foramen anale 90 μ. long.; 110 μ. lat. Genitalia ab ano 190 μ. sunt discreta. Vitta chitinea anterius foramen genitale marginans sat conspicua, tamen non lateraliter producta. Ad 850 μ. long.; 690 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta ad Sondrio, super montes, ad 2300 m. (« Giacciaio dei Fornai »).

65. **Pelops subulatus** Berl. n. sp. — Exempla exuta. Castaneus, ovalis, subnitidus. Vertex valde anterius attenuatus, quasi

in subulam peracutam productus. Pili notogastri longi, vix apice attenuati. Organa pseudostigm. elongate claviformia. Vitta perigenitalis (sive vitta obscurior, pontiformis, antrorsus arcuata, foramen genitale anterius marginans) perconspicua, usque ad quartas coxas producta. Foramen genitale fere diametro suo longitudinali a foramine anale discretum. Ad 610 μ. long.; 450 μ. lat.

Habitat in Norvegia. Nonnulla vidi exempla collecta a Cl. Thor, ad « Jomfrüland ».

66. **Pelops claviger** Berl. n. sp. — Castaneus, tenui tunica indutus, subovalis. Notogastrum pilis curtis, subulatis ornatum (postici sunt longi 50 μ.). Mihi videtur adesse pilus primus marginalis. Areae porosae nullae ad insertionem primi pili seriei interioris, nec non ad tertii, sed ad insertionem pili secundi adest area porosa rotunda, sat magna. Pilus tertius seriei lateralis bene a serie interiori remotus. Organa pseudostigmatica sat brevia et crasse clavata. Ad 650 μ. long.; 470 μ. lat.

Habitat ad « Sondrio », in muscis altiorum montium (« Ghiacciaio dei Fornai », ad 2300 m.).

67. **Pelops siculus** Berl. n. sp. — Castaneo-niger, ovalis vel sat latus. Notogastri pili omnes crassi, exceptis adalaribus (sive 1.° et secundo seriei lateralis) qui cylindrici sunt; caeteri omnes clavati et longi. Pili postici 90 μ. long. Pili 1.us et 2.us marginales, nulli. Pili tertii seriei interioris caeteris omnibus maiores et magis clavati, ad 110 μ. sunt longi. Pili 3.us et 4.us seriei lateralis intersese basi sat appressi; pilus quartus huius seriei valde a serie interiori remotus. Area porosa ad pilum primum seriei interioris nulla. Foramen genitale non anali maius. Organa pseudostigmatica magna, introrsus arcuata, sat crasse fusiformia. Ad 650 μ. long.; 490 μ. lat. (exempla subovalia); 590 μ. long.; 480 μ. lat. exempla latiora. Animal tunica sat crassa indutum.

Habitat. Plura collegi exempla in muscis, ad « Palermo ».

68. **Pelops affinis** Berl. n. sp. — P. castaneo-niger, tunica crassa indutus. P. siculo affinis propter pilos 1.° et 2.° seriei marginalis nullis, sed statura aliisque characteribus bene distinctus.

Pili omnes clavati, sat longi; postici 40 μ. long.; tertii seriei interioris sat magni ad 50 μ. long. Adest area porosa punctiformis, sat ad latus insertionis pili primi seriei interioris remota. Pilus 3.us et 4.us seriei lateralis intersese sat remoti. Organa pseudostigmatica sat elongate clavato-fusiformia. Foramen genitale maius quam anale. Ad 590 μ. long.; 410 μ. lat.

Habitat frequens in muscis, « Vallombrosa ».

69. **Pelops similis** Berl. n. sp. — P. castaneo-niger, crassa tunica indutus; valde P. affini similis, sed tamen characteribus nonnullis diversus. Tunica indutus et nisi bene expolitus, pilis posticis carens videtur et tantum tertiis seriei interioris ornatus adparet. Area adest porosa ad insertionem pili primi seriei interioris, insertioni eidem valde appressa. Organa pseudostigmatica elongatius et exilius fusiformia quam in P. affini. Ad 530–570 μ. long.; 400–450 μ. lat.

Habitat sat frequens in Etruriae altiorum montium muscis (« Vallombrosa »).

70. **Pelops pulchellus** Berl. n. sp. — Castaneus, ovalis, tunica sat crassa indutus. Area porosa ad 1.um pilum seriei intermediae punctiformis valde insertioni eidem pili adpressa; adest area porosa similis ad insertionem pili secundi eiusdem seriei. Pili omnes notogastri curtuli, subclavati, omnibus maiores sunt tertii seriei interioris (ad 40 μ. long.). Pili primus et secundus seriei marginalis nulli. Organa pseudostigmatica sat elongate fusiformia. Ad 460 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat. Nonnulla collegi exempla inter folia emortua, ad Romam (« Maccarese »).

71. **Pelops nepotulus** Berl. n. sp. — P. castaneo-niger, rotundatus, tunica crassa indutus. Pili 1.us et 2.us seriei marginalis nulli. Pilus secundus seriei interioris et tertius seriei marginalis intersese ad insertionem arcte appressi, tantum perparvula areola porosa, punctiformi interposita. Ad insertionem pili primi seriei intermediae est area porosa rotunda, punctulata, sat parva; ad insertionem tertii pili eiusdem seriei est minimum punctum pellu-

cidum. Pili omnes notogastri sat curtuli; tertii seriei intermediae melius clavati et caeteris longiores (ad 40 μ. long.) et soli in exemplis tunica indutis adparent. Organa pseudostigmatica sat elongate fusiformia. Ad 450–470 μ. long.; 370–380 μ. lat.

Habitat in muscis, pluries collectus ad « Città di Castello, Umbria » et ad « Vallombrosa, Toscana ».

72. **Pelops curtipilus** Berl. n. sp. (= *P. auritus* Berl. ex Koch. A. M. Sc. it., XXXV–8; non syn. *P. auritus* Koch. C. M. A. Deutschl. 30, 11). — Castaneus ovalis, tunica sat crassa indutus. Pili notogastri omnes perparvuli, simplices, breviores. Pili primi et secundi seriei marginalis nulli. Ad insertionem pilorum 1.us, 2.us, 3.us seriei interioris area porosa stat perparvula, punctiformis. Organa pseudostigmatica sat crassa, fusiformia. Ad 440 μ. long.: 290 μ. lat.

Habitat in muscis, ad « Vallombrosa ».

73. **Pelops curtipilus** Berl. var. **somalicus** Berl. — Differt a typico statura vix maiore et pilis notogastri vix longioribus, omnibus magnitudine intersese paribus. Ad 480 μ. long.; 350 μ. lat.

Habitat. Plura vidi exempla collecta in « Somalia italiana », in lignis putribus, ad foces Jubae. Coll. Cl. Paoli.

74. **Pelops depilatus** Berl. n. sp. — Castaneus, rotundatus. Exempla nuda tantum possideo. Pili notogastri et areae porosae nulli; adsunt tantum pili tertii seriei intermediae, qui perparvuli sunt et maioris amplificationis ope tantum conspicui. Organa pseudostigmatica claviformia, sat longa. Ad 430 μ. long.: 330 μ. lat.

Habitat in muscis agri Panormitani.

75. **Oribates maximus** Berl. n. sp. — Niger, in medio dorso pallidior, leniter ovatus, linea cephalothoracem ab abdomine seiungenti sat conspicua; setis interlamellaribus exilioribus et curtiusculis. Organa pseudostigmatica setiformia, exiliora, longa, barbulata, retrorsus directa. Pteromorphae non bene dimidiatae, rugis interruptis linearibus, sat brevibus totae aeque signatae. Vertex

obtusus. Areae porosae adalares rotundae, sat magnae; mesonoticae anteriores et posteriores rotundae, sat magnae; posteriores videre nequeo; an nullae? Derma nitidissimum. Ad 1100 μ. long.; 800 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta a Cll. Allaud et Jeannel in Africa orientali.

76. **Oribates ovatus** Berl. n. sp. — Inter longipilos, integros. Piceus, concolor, ovatus, sive sat longiusculus. Organa pseudostigmatica longa, exiliora, barbatula, retrorsus directa. Areae adalares subevanidae (videre bene in unico exemplo nequeo). Adest tamen adalaris una rotunda, a margine corporis remota magis quam in caeteris huius generis speciebus; caeterae notogastricae rotundae, sat magnae; posticas non video. Derma nitidum. Vertex obtusus. Pteromorphas in plano videre nequeo, sed tantum vittis obsoletis infumatae esse videntur. Fabrica corporis ovali inter congeneres insolitae figurae. Ad 590 μ. long.; 380 μ. lat.

Habitat. Unicum vidi exemplum collectum a Cll. Allaud et Jeannel in Africa orientali.

77. **Oribates ovatus** Berl. var. **somalicus** n. var. — Typico maior et minus ovatus. Ad 700 μ. long.; 500 μ. lat.

Habitat. Plura exempla vidi collecta in Somalia a Cl. Paoli, in lignis putribus, ad foces Jubae.

78. **Oribates parvus** Berl. n. sp. — Niger, rotundatus, longipilus, integer. Organa pseudostigmatica sat elongate et sat crasse clavata. Areae porosae adalares vix in longitudine ovales; area porosa mesonotica anterior mediocris, vel parva (in nonnullis exemplis subpunctiformis), rotunda, caeterae transverse ovales, parvae. Lamellae antrorsus ne dente ullo significatae. Pteromorphae undique concolores, nec sensim striatae. Ad 420 μ. long.; 320 μ. lat.

Habitat. Plura collegi exempla in muscis, in Umbria (« Città di Castello »).

79. **Oribates difficilis** Berl. n. sp. — Inter curtipilos dimidiatos. Castaneo-fuligineus, nitidus, subrotundatus. Organa pseudo-

stigmatica sat longa et sat crasse clavata, antrorsus directa. Lamellae minime elevatae, nec anterius prominentes. Pteromorphae parte postica rugis aliquot parvis exharata. Areas porosas in dorso abdominis non video, nisi dubie, in pluribus exemplis quae possideo. Ad 320 μ. long.; 230 μ. lat.

Habitat. Plura exempla collegit Cl. Paoli in « Somalia italiana », ad foces Jubae, in lignis putribus.

SUBGENUS **STICTOZETES** N. SUBGEN.

Ex gen. *Oribates* (s. str.). Derma totum punctulis minimis scabratum, etiam in pteromorphis. (Mihi videtur adesse pellicula quadam punctulata, hyalina, perexilis, totum animal induens, valde tenaciter dermati (nitido ?) adherens. Caetera ut in gen. Oribates (s. str.). Typus: *Oribates* (*Stictozetes*) *scaber* Berl.

80. **Oribates (Stictozetes) scaber** Berl. n. sp. — Inter curtipilos integros. Castaneo-fuligineus, subrotundatus. Derma minutissimis punctis, aeque dissitis totum exharatum. Organa pseudostigmatica sat crasse lanceolato-clavata. Areas porosas adalares non video, nisi perparvulas duas (utrinque unam) sat ab alis remotas. Area porosa mesonotica anterior perparvula rotunda; posteriores eadem magnitudine. Margo posticus abdominis utrinque impressione angulari vix signatus. Ad 320 μ. long.; 220 μ. long.

Habitat. Exempla plura vidi collecta a Cl. Paoli ad foces Jubae, in lignis putribus, in « Somalia italiana ».

81. **Oribates (Stictozetes) fuscus** Berl. n. sp. — Inter curtipilos dimidiatos. Saturate castaneo-fuscus. Setae lamellares perparvulae, difficilius conspicuae. Organa pseudostigmatica crasse clavata, apice acuta, nigra, vix barbulata. Areas porosas anteriores non video. Areae porosae adalares (difficiliter conspicuae) magnae, transverse ovales; mesonoticae anteriores magnae, rotundae. Caeteras notogastri non video. Pteromorphae in margine laterali profundius sinuato-incisae. Ad 330 μ. long.; 240 μ. lat.

Habitat. Plura vidi exempla collecta a Cl. Paoli in lignis putribus, ad foces Jubae, in « Somalia italiana ».

GEN. *GALUMNELLA* BERL. N. GEN.

Inter Pterogasterinas (Oribatid.). Facies gen. *Oribates* (s. str.), sed pteromorphis retrorsus ut in gen. Peloptulus conformatis, non dimidiatis, in margine libero profundius sinuato-incisis anterius sicut in *Oribates* (s. str.) productis. Cephalothorax ut in gen. *Oribates* (s. str.) conformatus et armatus, sed pilis interlamellaribus nullis. Derma scabratum. Areae porosae nullae. Pedes omnes ungue unico, sat magno apice armati. Mandibulae attenuatae ut in gen. *Pelops ;* non chela, sed stylo terminatae.

Species typica : *G. paradoxa* Berl.

82. **Galumnella paradoxa** Berl. n. sp. — Saturate castaneo-fusca, anterius acuta, glabra. Derma notogastri totum crebre et aeque punctis pallidioribus scabratum ; cephalithoracis punctis minoribus, densis. Setae lamellares inconspicuae. Organa pseudostigmatica longa, vix clavato-fusiformia, apice acuta. Ad 310 μ. long.; 220 μ. lat.

Habitat. Plura vidi exempla collecta a Cl. Paoli in lignis putribus, ad foces Jubae, « Somalia italiana ».

SUBGEN. **ACHIPTERINA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Achipteria*, inter Pterogasterinas (Oribat.). Characteres generis *Achipteria*, sed pedum uncus unicus.

Species typica : *A. A. oribatelloides* Berl. Adde : *Achipteria minuscula* Berl.

83. **Achipteria (Achipterina) oribatelloides** Berl. n. sp. — Dilute castanea, ovata, glabra. Pteromorphae anterius latae, in angulum acutum desinentes. Lamellae spinis duabus longis (interior longior) specierum gen. *Oribatella* more anterius terminatae, apice inter sese sat remotae. Organa pseudostigm. clavato-fusiformia, sat longa, apice acuta. Ad 290 μ. long. ; 180 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta in lignis putribus, ad foces Jubae, in « Somalia italiana » (Coll. Cl. Paoli).

84. **Podoribates latissimus** Berl. n. sp. — P. saturate fuligineus, latissimus, quod abdomen latior sit quam longus (950 μ. long.; 1000 μ. lat.). Pteromorphae margine antico extrorsus parum deflexo ita ut animal pteromorphis angulatis et angulo vix extrorsus inflexo videatur. Linea interlamellaris obsoleta, sive plica tantum significata. Lamellae ad apicem vix obtuso-dentatae. Organa pseudostigmatica sat breviter claviformia. Areae porosae nonnullae, parvae subrotundatae, lineam antrorsus arcuatam, sat margini antico notogastri adpressam simul costituunt, utrinque 3–4 numero, vel amplius. Caeterae areae porosae (adalares, posticae) linea incerta limitatae, tamen subovales; mesonoticae et posticae utrinque duplices. Ad 1150 μ. long.; 1000 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta in Africa orientale a Cll. Allaud et Jeannel.

85. **Podoribates longipes** Berl. var. **platensis** Berl. n. var. — P. saturate castaneo-fuligineus. Characteres omnes sat iisdem nostratis *P. longipes* conformes, sed statura multo insignior, sive: ad 750 μ. long.; 560 μ. lat.

Habitat. Plurima vidi exempla collecta ad « La Plata », a Cl. Bruck.

Osservazioni. La differenza di statura è così grande tra questa forma ed il *P. longipes* d' Italia (che è lungo 570 μ. e largo 450), che, non ostante la conformità dei caratteri desunti dalle aree porose, dagli organi pseudostigmatici ecc. potrebbe essere che si trattasse di una vera specie a sè.

86. **Podoribates elamellatus** Berl. n. sp. — P. castaneus, latus (quod abdomen latior sit quam longus, sive 610 μ. long.; 650 μ. lat.). Areae porosae plurimae, sed parvae, rotundae. Harum adest linea arcuata antrorsus directa, sat a margine antico notogastri discreta, numero vario arearum composita, sive utrinque 6–7. Aliae areae conformes sunt in notogastro dispositae, praecipue posticae. Organa pseudostigmatica longissima (220 μ), exiliora, setiformia, arcuatim extrorsus et retrorsus directa. Cephalothorax latior, praecipue basi, lamellis vix linea marginali chitinea significatis, intersese apice valde discretis, linea tantum interlamellari

obsoleta. Pedes magni et longiores; primi paris fere corporis latitudinem aequantes. Ad 750 μ. long.; 650 μ. lat.

Habitat. Collegerunt in Africa orientali Cll. Allaud et Jeannel.

87. **Peloribates conspicuus** Berl. n. sp. — P. saturate fuligineus, scabrato-areolatus, pilis cylindricis, sat longis, (postici sunt longi 85 μ.) indutus. Organa pseudostigmatica sat breviter, sed crasse clavata. Lamellae intersese valde remotae, vix linea chitinea interlamellari coniunctae, vix elevatae et in dentem obsoletum anterius productae. Ad 760 μ. long.; 580 μ. lat.

Habitat. Nonnulla collegerunt exempla Cll. Allaud et Jeannel, in Africa orientali.

88. **Liacarus nigerrimus** Berl. n. sp. — Nigerrimus, nitidissimus, elongate obovatus, postice acutus, glaberrimus. Organa pseudostigmatica brevissime clavato-pyriformia, apice subrecte truncata. Lamellae apice bidentes, dente exteriori minimo, interiori multo longiore, denteque interlamellari acuto, fere dimidio breviore quam dens interior lamellae. Ad 1250 μ. long.; 760 μ. lat.

Habitat in Africa orientale. Collegerunt Cll. Allaud et Jeannel.

GEN. *POLYPTEROZETES* BERL. N. GEN.

Trib. *Damoeosomini*, inter Oribatidas. Facies Damoesomatis, sed lamellae maxime antrorsus productae (verticem multo superantes) et utrinque in laminam hyalinam, latam expansae, denique sub apicem pilum gerentes. Foramina pseudostigmatica quoque lamina hyalina laterali aucta. Pedes uniunguiculati. Animalia exuviis pluribus et quisquiliis terreis tota (etiam super femura) induta, tantum caetero pede nudo. Species typica *P. cherubin* Berl.

89. **Polypterozetes cherubin** Berl. n. sp. — Castaneus. Abdomen subsphaericus, nitidus, vix seta longa, humerali, antrorsus directa ornatus aliisque minoribus in margine antico. Organa pseudostigmatica fere totius abdominis latitudinem aequantia, cylindrica, sub apicem denticulato-barbata. Vertex setis duabus robustis,

nigris, antrorsus porrectis et parallelis ornatus. Lamellae aliformes, maximae, antrorsus et deorsus ultra verticem multo porrectae, forcipis modo inter sese arcuatae, in medio costula chitinea obscuriori fultae, ad latera hyalinae, latius expansae et pilum nigrum mediocre sub apicem gerentes insignem animalculi huic figuram praestant. Sub lamellis istis expansio stat aliformis, angulata e cephalithoracis margine laterali procedens, minus bene conspicua. Margo foraminis organi pseudostigmatici lateraliter squamula aliformi, sat lata ornatus. Pedes omnes femure incrassato. Animal hoc exuviis reticulatis, hyalinis et quisquiliis alte obtectum est. Exuviae a capitethorace aegre removentur, quod ab appendicibus supradictis arcte detineantur; super abdomen vero, facilius tolluntur. Etiam femura omnia pellicula sunt induta. Ad 400 μ. long.; 230 μ. lat. (nudus).

Habitat. Plura collegi exempla inter folia emortua, ad « Vallombrosa, Firenze ».

GEN. *EUPTEROTEGAEUS* BERL. N. GEN.

Ex fam. *Tegeaeocranidae*, inter Oribatidas (s. l.). Unci pedum terni. Lamellae maximae, valde antrorsus ultra rostrum productae. Notogastrum vitta chitinea, figuram ovalem sistenti, marginibus omnibus subparallelam signatum nec non, ad humeros, in squamam subpellucidam, etiam in parte anteriori marginis lateralis extensam dilatatum. Cephalothorax, ad latera, prope verticem utrinque in squamam chitineam late expansus. Animalcula pelliculis et quisquiliis tota induta. Species typica *Tegeocranus ornatissimus* Berl.

90. **Eupterotegaeus ornatissimus** Berl. (*Tegeocranus ornatissimus* Berl.: « Redia » 1908, p. 9; — *Scutovertex ornatissimus* Berl. « Redia », vol. VI, fasc. 2, p. 227, fig. 81).

Non possedevo che due esemplari, l'uno di Vallombrosa, l'altro del Monte della Verna (Toscana), ma non ero riescito, come ho detto nella seconda nota a pag. 228, a pulirli dall'involucro di sudicio, che avvolge questo acaro. Ora ne ho trovati molti esemplari a Vallombrosa ed a Tiarno (Trentino) ed ho potuto ripulirne alcuni perfettamente. Ne è riescito un mirabile animaletto, che

non può essere ascritto nè al gen. *Tegeocranus* (anche per le tre unghie dei piedi); nè al gen. *Scutovertex*. Ecco la descrizione di questo acaro, come apparisce liberato dalla pruina larvale, che lo protegge.

« Vertex trimucronatus, mucrone medio acuto, sursum recurvo, caeteris breviter piliferis longiori. Lamellae, quae verticem multo superant, basi latae, denique attenuatae, apice pedis humani instar conformatae, in angulo externo, quasi pedis calcaneo, pilo introrsus recurvo praeditae, intersese forcipis more incurvae. Laminae ad latera cephalithoracis apicalis apice truncato, serrulatae. Notogastri laminae humero-laterales antrorsus angulatae, usque in medio margine laterali porrectae. Notogastrum in medio dermate nitido, postice tuberculis brevibus et curte piligeris utrinque sex, aequidissitis (3.° et 4.° tamen intersese magis quam caeteri adpressi) ornatum. Color saturate castaneo-fuligineus. Ad 680 μ. long.; 330 μ. lat. ».

GEN. *EUTEGAEUS* N. GEN.

Typus: *Oribata Bostocki* Mich. (N. Zelanda).

SUBGEN. **MICROTEGEUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Tegeocranus*. Species minores. Vitta marginalis notogastri subnulla. Mandibulae exiles et elongatae, parum minus quam in gen. *Pelops*, chela perparvula. Caetera sat ut in gen. *Tegeocranus*. Species typica *T. M. undulatus* Berl.

91. **Tegeocranus (Microtegeus) undulatus** Berl. n. sp. — Pallide castaneus, abdomine subrotundato, anterius truncato, dermate notogastri glabro, sublaevi, sed toto mammillato-undulato, areis subrotundis, vix elevatis (numero sex), dermate obscuriori circumdatis, duabus posticis praecipue caeteris magis conspicuis. Derma cephalithoracis inter lamellas rugis aliquot ramosis, exilibus et magis obscuris signatum. Organa pseudostigm. sat breviter claviformia, tenuiter incrassata. Ad 330 μ. long.; 230 μ. lat.

Habitat in « Somalia italiana », in lignis putribus, ad foces Jubae. Unum vidi exemplum collectum a Cl. Paoli.

TRIBUS **Zetorchestini.**

Generibus *Zetorchestes* et *Zetorchella* tribus haec constituitur et inter genera Oribatidarum lamellis aucta est inserenda.

GEN. *ZETORCHELLA* N. GEN.

Characteres et facies gen. **Zetorchestes** Berl., sed pedes omnes triunguiculati, membranula subungueali nulla. Species typica: *Z. pedestris* Berl. (Adde: *Z. latior* Berl., sub nomine: *Oppia latior* descripta et fig. in « Redia », vol. IX, pag. 89, tab. VI, fig. 59, ex « Giava »).

92. **Zetorchella pedestris** Berl. n. sp. — Castanea, ventricosa, abdomine subsphaerico, dermate sensim areolato. Setae notogastri mediocres, omnes crassae, sive dilatato-plumatae. Organa pseudostigmatica claviformia, mediocria. Setae interlamellares caeteris conformes, erectae. Pedes postici caeteris vix robustiores, calcaribus (tibiali et tarsalibus) nullis. Genitalia in summo ventre aperta, ab ano valde remota. Ad 500 μ. long.; 400 μ. lat.

Habitat. Plura vidi exempla collecta ad foces Jubae, in Somalia, a Cl. Paoli, in lignis putribus.

93. **Zetorchestes trituberculatus** Berl. n. sp. — Castaneus, subglobosus. Notogastrum subrotundum, postice magno tuberculo rotundato, ad humeros utrinque tuberculo truncato auctus, dermate subnitido, glabro. Cephalothorax dermate minutissime punctulato, setis interlamellaribus parvis et exilibus; lamellis parum elevatis. Tuberculi antici sat alti, et valde summo vertici appressi, appendice spiniformi, apice acuta, deorsum inflexa ornati. Organa pseudostigmatica ut in Z. micronycho. Pedes quarti paris tarso longiori quam in Z. micronycho calcaribusque sicut in hac specie, sed debilioribus. Ad 570 μ. long.; 420 μ. lat.

Habitat. Unum vidi exemplum collectum in Africa orientali, a Cll. Allaud et Jeannell.

94. **Scutovertex spinipes** Berl. n. sp. — Castaneo-fuscus, macula pallidiori in notogastro antico; ovalis; notogastro convexo, glabro, vix, tenuissime in medio margine postico inciso; dermate sublaevi; humeris vix in angulum prominulis. Cephalothorax lamellis bene altis, anterius rotundatis, dermate dorsi cephalothoracis et lamellarum areolato-punctato. Organa pseudostigmatica sat

longe et sat crasse claviformia, retrorsus et extrorsus arcuata, nigra. Pedum omnium tarsus superne ad apicem in dentem productus, spinaque robustiori, nigrescenti, aspera armatus. Ad 450 μ. long.; 270 μ. lat.

Habitat in « Somalia italiana », in lignis putribus, ad foces Jubae. Coll. Cl. Paoli.

95. **Eremaeus columbianus** Berl. n. sp. — *E. oblongo* vix minor, pallidior et paulo latior. Derma notogastri nitidum. Femura omnia (etiam 1.i et 2.i paris) lata squama inferne aucta. Tibiae 1.i et 2.i paris basi supra genu partim inferne productae, brevissimae, latae. Coxae 3.i et 4.i paris ad dorsum spina apicali robustiori armatae. Dentes chitinei ad basim capitisthoracis, inter foramina pseudostigmatica, conici, robusti. Caetera sat ut in *E. oblongo*. Ad 410 μ. long.; 240 μ. lat.

Habitat in Columbia.

Exemplum possideo, coeteris vix minor, dentibus chitineis inter foramina pseudostigm obsoletis. Cum caeteris.

96. **Platyeremaeus laminipes** Berl. n. sp. — P. saturate castaneo-fuligineus, abdomine obscuriori. Abdomen rotundatus, dorso reticula subnigra, areolas polygonales occludenti sculpto, pilis raris, sat longis ornato. Pedes omnes femoribus utrinque lata lamina chitinea, pallidiori ornatis, caeteris articulis lamina tantum in parte dorsuali praeditis (genubus tantum ad dorsum mucronatis). Tarsi omnes in bacillum exilem et perlongum, subito attenuati, ungues apice gerentem. Organa pseudostigmatica cylindrica, exilia, longa, retrorsus et extrorsus incurva. Animal totum et pedes sunt obtecta pellicula subhyalina, punctis nigris dense signata. Ad 650 μ. long.; 420 μ. lat.

Habitat in muscis, ad « Vallombrosa ». Nonnulla collegi exempla.

GEN. *HALOZETES* N. GEN.

Typus: *Notaspis marina* Lohmann. (= *N. antarctica* Mich.). Adde *Notaspis belgicae* Mich.

97. **Gymnodamoeus cephalotes** Berl. n. sp. — G. castaneo-fuligineus, nudus. Statura G. femorati. Abdomen perfecte discoidalis, postice vix mucronatus, utrinque pilo clavato, extrorsus directo, sat longo auctus. Notogastrum convexum (tamen tenuissimo margine plano) in medio lata carina longitudinali (costulas utrinque duas marginem versus transverse emittenti), sat elevata ornatum; dermate undique minute reticulato. Cephalothorax latior, dentibus duobus altis prope marginem anticum notogastri, tuberculisque, in medio, pilos gerentibus duobus. Organa pseudostigmatica cylindrica (quamvis quisquiliis ad apicem obtecta, leniter clavata adpareant), perlonga, sive cephalitoracis latitudinem subequantia. Ad 770 μ. long.; 530 μ. lat.

Habitat. Collegerunt in Africa orientali Cll. Allaud et Jeannel.

98. **Gymnodamoeus italicus** Berl. — G. fuligineus, nudus. Notogastrum rotundatum, depressiusculum, in medio sicut G. bicostati impressum, pilis posticis duobus mediis sursum recurvis, duobus vix lateralibus extrorsus incurvis, denique, utrinque, in margine postico, pili sunt bini vel terni, longiusculi, sed deorsus subito incurvi, qua re vix conspicui. Organa pseudostigmatica clavata, longa, nec depressa, sub apicem spinoso-barbata. Cephalothorax, in medio, longitudinaliter elevatus, nec peculiariter impressus. Venter multo a G. bicostati diversus. Ad 530 μ. long.; 310 μ. lat.

Habitat. Collectus est, hieme, sub cortice Platanorum, in horto « Boboli », Florentiae.

SUBGEN. **ACRONOTHRUS** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Nothrus*. Typus: *Nothrus cophinarius* Mich. (N. Zelanda): adde *Neoliodes americanus* Berl.

SUBGEN. **PHYLLHERMANNIA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Hermannia*. Typus: *Hermannia phyllophora* Mich. (N. Zelanda).

SUBGEN. **PROTOTRITIA** BERL. N. SUBGEN.

Ex gen. *Arthroplophora*, inter Hoplophoridas. Unci pedum terni. Typus: *A. P. armadillo* Berl.

99. **Arthroplophora (Prototritia) armadillo** Berl. n. sp. — Terreo-badia, clausa subsphaerica est. Segmentum secundum basi setis aliquot, aequedissitis, totam longitudinem segmenti eiusdem aequantibus, nec superantibus, segmentoque eodem adpressis ornatum. Segmentum tertium et venter glabra. Organa pseudostigmatica longa, setiformia. Unci pedum longi, tarsum longitudine aequantes. Ad 320 μ. long. (aperta); 240 μ. alta; clausa et supina, 240 μ. long.; 210 μ. lat.

Habitat. Nonnulla vidi exempla collecta a Cl. Paoli, in lignis putribus, ad foces Jubae, in « Somalia italiana ».

100. **Arthroplophora (Prototritia) vulpes** Berl. n. sp. — Testacea; clausa subsphaerica est. Segmentum notogastri secundum duplici serie setarum perlongarum transverse ornatum. Venter, praecipue postice, densius villosus. Ungues pedum longissimi, tarso longiores. Tarsi, praecipue postici, setis longissimis ornati. Organa pseudostigmatica sat longa, setiformia. Ad 270 μ. long. (e latere visa et clausa); 220 μ. alta (cum cephalothorace ventri adpresso).

Habitat. Unum exemplum possideo collectum cum praecedente specie, in « Somalia italiana ».

SYNONYMA.

Typhlothrombium Oudemans (1 Nov. 1910) non est *Typhlothrombium* Berl. (8 Jul. 1910).

Sebaia palmata Oudemans (1 Sept. 1904) = *Alychus* (*Monalychus*) *arboriger* Berlese (18 Aug. 1904).

Oplitis Berlese 1884 (recte *Hoplitis*) = *Uroplitella* Berlese 1904.

L'Oudemans (Entomol. bericht n. 73, 1913, p. 37) mi rimprovera per aver mutato il nome primitivo del 1884 in quello del 1904, sopraddetto. Ma il nome *Hoplitis* era preoccupato (pei Lepidotteri) fino dal 1822 (Hübner). La critica dell' Oudemans non ha, dunque, ragione di essere.

Liroaspis Banks 1902 = **Seius** Koch.

Thinozercon Halbert (1915) = *Iphidinychus* Berlese (1913).

Trachyuropoda tricuspis Banks (1914, Brazil) = *Antennurella trouessarti* Berlese (1904, Para) (negli Antenophoridae, Fedrizzini).

Gamasus hortivagus Berl. = *G. spinipes* Koch.

Macrocheles siculus Oudemans 1905 = *Holostaspis vernalis* Berlese 1887.

Hypoaspis laeris var. *pilifer* Oudemans (1912): *Androlaelaps pilifer* Oud. 1912, 1914 (nei nidi di *Talpa*) = *Laelaps* (*Androlaelaps*) *sardous* Berlese (1911, nei nidi di *Mus sylvaticus*).

Eriphis mullani Oudem.; *E. rufus* Oudem. sono da collocarsi nel mio genere *Copriphis*.

Copriphis (*Pelethiphis*) *crinitus* Berl. (= *Iphis crinitus* Berl. 1886), var. *curtipilus* Berl. 1911 = *Eriphis siculus* Oud. 1905.

Laelaps versteegii Oudemans (8 Jul. 1904), mi sembra lo stesso di *Laelaps maximus* Berlese (10 Apr. 1904).

Pelops minnesotensis Ewing appartiene al gen. *Punctoribates*, fra gli Oribatini.

Oribata banksi Ewing mi sembra il *Peloribates peloptoides* Berl. (Austro-America).

Arthronothrus biunguiculatus Träg. (30 Jun. 1910) = *Lohmannia* (*Eulohmannia*) *ribagai* Berlese (9 Febr. 1910).

Gli estratti di questa Memoria furono pubblicati il 12 Giugno 1916.